¶ Vel dicēduz q̄ ſi apoſtema eſſet in pāniculo pulmonis pulſus eſt durus.3° ar. tractatu.z° ca°. ¶Vel dicēdum q̄ in omni flegmōe pulſus hēt aliquā duritiez ꝑpter extenſiōez.ut Gal'.po nit in cōmento.zz°.& ſic loqtur in cōmēto affo riſmi predicti.tñ in apoſtemate mēbri mollis. ut eſt pulmo mollior eſt q̃ in apoſtemate duri mēbri.relique partes patent. ¶COllectiōis. Hic ponit ſignuz pmutatiōis ad exiturā ſaniatio nis.& ſignum eſt q̄ trāſit quartū diem.& hoc ſi g̃nat materiā alicui⁹ groſſiciei non aptaz reſol ui.& inuenitur lenitas.& hoc ſignat q̄ ſaniat̄. Iſta aūt lenitas pcipitur a medico.uel infirmus cōprehendit in ſe.ut ſupra dicebat̄ de intentione. dixit pauca.i.incohās.qa ñ apparet q̄ tūc ſit col lectio & ſuppuratio cōpleta. ¶ET quādoq; ac cidit. ¶Hic ponit quēdā cañ.qui neceſſarius eſt ꝑpter dictuz ſupra q̄ in ſignis ſpei eſt.& q̄ p mutat̄ rubedo ad exteriora.& dicit q̄ contingit ſq̄nantie in qua apparz rubedo i collo & pectoꝛ̄ q̄ illa rubedo eſt eriſipila.& illa eriſipila accidit dupliciter.ul' ꝑp tractionez.i.tractuz materiei.ſ. multe ad interiora.unde m'tiplicat̄ materia in pte intrinſeca colli redūdat extra & apoſtemat ēt extra.& hoc eſt maluz.ul' ꝑpter euacuationē materiei ad extra.qa exit ab it⁹ ad extra.et i h° eſt ſpes bona. ¶ET ſigna ¶Hic ponit ſig^a ad ſcd̄am diuerſitatez materieruz humoralium.& hēt quatuor.ut patz. ¶Conſyderāduz circa ſig^a ſanguinee q̄ ſanguis nō corrupt⁹ oſtendit ſapo rem dulcez.ſz corruptus ponit ſaporē ſimilē ui no dulci corrupto.Et hoc eſt q̄d̄ dixit.aut ſimil' ſaporis uini.ſ.corrupti.dolorem aūt extenſiuuz & cōſtrictionez facit multitudo ſanguis.reliq^a ſunt nota ¶Circa ſigna colerice.ſumarie cōſyde ra q̄ lr̄a que dicit nō ſequit̄ in cōſtringendo an helitū pōt itelligi dupliciter.Prio nō ſic ſtrigit l' prefocat apoſtema colericū.ſicut ſanguineū.qa materia ſubtilis colerica nō ſic claudit uiam.z° non eſt ſic addita ſiſtoles ſiue cōſtrictio in anhe litu habētis apoſtema colericū ſicut ſanguineuz. Non qa nō ſic indigeat eductione fumi uaporo ſi ſic̄ indiget̄ in ſanguinea.dilatatio ergo in cole rico eſt maior & manifeſtior ¶Color lingue.ſ. ad citrinū.dixit quādoq;.qa quādo eſt intus ſq nantia.dolor colerice minor eſt.ſ.pulſatiu⁹ uel extenſiu⁹.qa mordicatiu⁹ eſt maior ¶Circa ſi gna ffatice cōſydera q̄ pria ſig^a ſunt apoſtema tis ffatici de ffate q̄ ꝑ corruptionez factum eſt ſalſuz.z° ſig^a ſunt ffatis nō ſalſi que ibi ponit. ¶Et quādoq; ſi g̃nant.Et iſtud eſt aliud ffa aquo ſum ul'illi ꝑpinquuz.& iō paruz iflāmat.& al beſcit lingua.Et quādoq; ita mollificat linguam q̄d̄ pſternit eaz.ſicut ſi eſſet paralyticata.& h° eſt q̄d̄ dicit.quādoq; proſternit̄.Et raro accidit ffatica.ſq̄nātia de huiuſmodi ffate non accuto

apostema i glandulis.hoc dicit.q̃a in apostemati
bus de mẽbris calidis fit.mꝛta atractio ad ptes
gule.unde carnes glãdose dicte amigdale.et alie
ẽt glãdule colli replent̃ & uident̃ apostemari.
hoc aũt non fitin; hac fꝛatica sq̃ntia ꝓpter fri
giditatẽ & leuitatẽ materie.& ideo q̃nq̃ nõ est
dolor.aut pu⁹ nec febris.ut cũ est fꝛa aquosum
nõ putriduz.& ꝓlongatur.s.q̃nq̃.ut supra di
ctuz est.& forsan dixit absolute ꝓlongatur qa
ex natura materie frigide sibi cõpetit prolonga
tio cronica.s.q̃tuor dierũ. ¶ Et q̃n nititr ¶ Q uia
cũ hoc apostemate nõ est tensio nec durities.sic̃
in calidis apostematibus.imo partes ille quasi
remollescunt.& ideo si homo sollicitat̃ & conat̃
plus deglutire põt & meli⁹ q̃ si in eisdez locis
esset apostema calidũ.& h⁹ uꝛt Rasis 3⁰ cõtinẽ
tis ꝓpria auctoritate.dicens in sq̃ntia que fit
ex fꝛate.cura est cum sollicitudine ex eo qđ mol
le est. ¶ ET hoc idez. ¶ Hic.A.dic̃.Sig^a melẽco
lice sq̃ntia.scias qđ melꝛia hẽt istos sapores.
& ideo cadũt in signis. ¶ Signa aũt pmutatiõis
ex apostemate calido dereliquũtur ex signis calꝛi
apostematis p̃cedentib⁹.& plus ex signis dictis
in mꝛtis aliis locis. ¶ Et sig^a. ¶ Iã posuit signa p̃
focationũ ꝓpter apostemata & pp coopturã.
Hic ponit sig^a p̃focatiõis facte ꝓpter pigriciam
uirtutis a motu lacerti epiglotis.& fiebat id.
uel ꝓpter siccitatez.uꝛ pp mollicieז.uꝛ pp spas
muז.uꝛ ꝓpter nocumẽtuz aliud.ut defectũ uir
tutis a cãis resoluẽtibus. ¶ Obmitit aũt sig^a ei
us que fit pp spasmũ.qa intelligunt̃ ex cap⁰ de
spasmo.& ex h⁰ qđ sentit̃ a medico uꝛ infirmo.
uel altero eoꝝ. ¶ Obmitit ẽt sig^a ei⁹ que fit pp
molliciez.qa sciunt̃ ex ca⁰ de paral:ſi.& etiam
qa intelligunt̃ ex dictis in signis dictis in signis
apostemose fꝛatice.cũ dixit qđ ꝓsternitur ligua
cũ mollificatione. ¶ Obmitit ẽt sig^a ei⁹ a defectu
ꝓpter cãs debilitates.qa intelligunt̃ ex notitia uꝛ
laꝝ cãꝝ generaliter positaꝝ prio cañ fen 2^a.ca⁰
de causis debilitatis.& spãliter ex ꝓpriis capꝛis
plurib⁹ in q̃bus determiantur in hoc libro mõi
malaꝝ cõpsonũ spũalium mẽbroruz ex quibus
deficiũt ab opatione. ¶ Remãsit ergo supra Autic.
ponere sig^a ei⁹ que fit a siccitate.& hoc est.qa
hoc mꝛtetiẽs accidit. ¶ Et q̃uis posset clare intelli
gere sig^a ei⁹ p signa dicta in ca⁰ đ ethica.et i mꝛ
tis locis de q̃bus habent̃ signa siccitatis mẽbro
rum.posuit tñ sig^a hui⁹ cause.ut recordaremur
ordinis capꝛi cãruz p̃focatiõis. ¶ Et dicit qđ sig^a
p̃focatiõis facte a siccitate mẽbroꝝ.s.epiglotis.
et quecũq̃ fuerit.s.siccitas.qa si a quacũq̃ cã.s.
deficiẽte.uel quecũq̃ fuerit.s.membra illa que
exiccantur.dũmodo siccitas cõicet̃ musculis epi
glotis. ¶ SVnt &c̃.aq^a calida.s.parũ ne calore
exicet.sed caliditate iuuetur ad penettãduz.
¶ ET scias. ¶ Hic ponit unũ cañ. ¶ Consyderãdũ
qđ ligua est mẽbruz rarũ.ut 4⁰ re.acu.& Aꝝ.
problemate i9⁰.Cum g⁰ dolor circa ei⁹ ptes stat
uno ãno uel duob⁹ nõ est credẽduz qđ sit mate
ria subtilis.sz grossa & mꝛtuz.calore g⁰ desicca
ta.facta ẽ lapis Et Gal⁹.recitat casuz 4^m de inte
riorib⁹ in fine. ¶ Et ego uidi lapidez in q̃titate fa
be generatũ sub lingua.Si g⁰ lapis iste esset uer
sus gutturis ptes.põt p̃focatiõem generare.sic̃
ego uidi in muliere que sterit p̃focata.& crede
bant oẽs eam mori.tandẽ expuit qđdã frustrũ
in q̃titate ossis dactili solidũ cõglobatũ fere.ut
lapis & sanata est.& nũc uiuit &c̃.

Portet ut euacuet̃ ¶ Iaz posuit cãs
p̃focatiõis & signa. ¶ Hic ponit cu
ram. ¶ Et prio generalem oium apo
stematũ ptiuz gutturis.ut rubrica
dicit.z⁰ ponit curã spẽalem i ca⁰ sequẽti.ibi z^a.
in calida. ¶ Sed tu.d.quo põit curaz apostema
tum uuee et amigdalaꝝ cũ nũduz dixerit de eis.
¶ Dicẽdũ ꝙ sermo istoꝝ apãtuz põt optime in
telligi ex sermone de apostematib⁹ squinãticis.
ut notũ est.& ideo ¶ A.nõ resumit illa.nec ponit
cãs propas hoꝝ apostematũ.tñ ponet curã spẽ
alez prio hoꝝ apostematũ p medicias .z⁰ p ma
nualẽ opationez.ibi z^a.& q̃nq̃ apostemat̃.Pria
in tres.In cura eniz egritudinũ cõsyderam⁹ di
spositionẽ que curat̃. & medicias q̃bus curat̃.
& dispositiones diuersas corporis que curant̃.
¶ Ideo prio ponit curã hoꝝ apostematũ consyde
rando dispositiõez q̃ curam⁹.z⁰ consyderando
medicinas.3⁰ corpoꝝ dispositiões naturales.z^a
ibi.opz ut cõspiciat̃ uꝛ ibi.& ex rebus.ibi 3^a.&
cõsyderet.Pria in tres.p⁰ ponit intentiões gene
rales curatiõis hoꝝ apostematũ.& res cũ q̃bus
pficiũtur.z⁰ ponit q̃dam curã empicaz.3⁰ spẽa
liter cõmẽdat quãdã medicinam spẽalẽ.s.lac.ibi
z^a.& ex rebus.3^a ibi & lac. ¶ Ad primi euidẽti
am cõsyderãdum qđ generaliter triplex est intẽ
tio in cura horũ apostematũ.Vna est materierũ
euacuatio.z^a est diuisio.3^a est aproximatio me
dicinaꝝ localiũ.Prio ergo ponit curã primã.z⁰
z^am.3⁰ 3^am.ibi z^a .& ut trahat̃.ibi 3^a.& ut in
cipiat̃. ¶ Dicit primo qđ in p̃cipio uniuscuiusq̃
hoꝝ.s.apostematũ dictoꝝ apostematũ q̊rũcũq̃.
siue sint in partib⁹ gutturis uel amigdalaꝝ.uti
mur fꝛomia & solutione.aliq̃do utriusq̃.& aliq̃
do altero solo.si uideres repletionẽ sanguis uel
alteri⁹ humoris. ¶ Dubitat̃ utrũ in qualibet sq̃
nantia.s.colerica & fꝛatica cõpetit fꝛomia.Vide
tur qđ nõ.per Ra⁹ 13 3⁰ continentis auctoritate
Iudei. ¶ Ampli⁹ per fꝛomiã colera & fꝛa disrup
tius fluũt & fiũt praua.quoniã fꝛomia i coleri
co fac̃ colericoꝝ humorũ ebulitionẽ.et in flegma
tico flegmaticoꝝ cruditatẽ.ut sũmit̃ 4^a pri.ca⁰
de flobothomia. ¶ In cõtrariuz est Allexãder &
Paulus in ca⁰ de sq̃nantia.qui absolute fꝛomiaz

ꝑcipiũt nõ diſtinguẽtes materiã.uñ Alexander ante omnia qdẽ ſlobothomiã i ſquinaticis adhibere neceſſariũ ẽ.Idẽ ẽt ſentit Haliab.6ª prac.2º ca º ¶ Meſue inuit ſolutionẽ huius queſtiõis ¶ Si eniꝫ materia hoꝝ apoſtematuꝫ ſit ſanguinea certe cõpetit flobothoia.Et ſi ſit colerica cũ ſanġne mixta.uel etiã flẽatica cũ ſanguine mixta ſiue cũ ſanguis multitudie.& iõ ibi docꝫ farmacias dare.Et ſi expedit ante flobothomiã cõtingit tñ ut plurimuꝫ huiuſmodi materias eſſe ſanguini mixtas.& hº iã declarauimus ꝑlixius fen.3ª.cº de ̨cura obtalmie.& tu recurre illuc.ergo ſi aliqd flẽa diſtilaret a capite qd̃ eſſet purum.aut multum depuratum non halibe p flobothomiã educi.caue illam multi enim mortui ſunt ex hoc ¶ Et ſimiliter ſi exiſtimatio tua indicat coleram eẽ puram.aut depurabilem. ¶ Ad̃ auctoritatem Iudei.Dicendum qd̃ intelligit ut dictũ eſt tamẽ Raſis redarguit eũ & nõ acceptat auctoritatẽ ſuam.unde in fine capl̃i etiã in flẽatica concedit flebothomiam.licet in diuiſionibus Almãſor ñ exprimat curam per flebothomiã in ſqnantia flegmatica.quã tamen in colerica exꝑſſit. ¶ Dubitatio uero eẽt.de q̃ uena eſſꝫ fiẽda flebothomia.& de quo brachio.de cuius ſolutinoe recurre ad can.generales primi libri fen 4ª.3º capiº ¶ Et ad ſimilem queſtionem quaꝫ determinaui in capº de obtalmia ſupra fen 3ª.Et ut ¶ Conſvderandũ ꝙ loca lõginquiora ſunt loca cruriũ & coxarũ. ¶ Sed tu dices nõ ne debemus ponẽ eas in collo ¶ Dicẽdũ ꝙ tutius eſt incipere ad longinquas partes.ut ad lõginquiora trahatur materia & proprie quãdo propter etatem uel aliã.cãm nõ potuiſti facere flebothomiã cũ es certus ꝙ in corpore nũ eſt repletio.tũc poteris uti uẽtoſis ĩ partibus propiquis.ſ.in collo & ſub mẽto.ſed repletione ſtãte piculũ eſt ne materia.ad locum trahat̃.Vnde Allexãder cº de ſquinãtia.ſor̃ opꝫ uos ꝙ uẽtoſe neceſſarie ſunt i hac paſſiõe.& cũ remouẽte ſi ſupcurreret materia.& intellige de uẽtoſis ꝓpinqs loco ut collo qa uẽtoſas cruriuꝫ & coſtaꝝ.& uniuerſaliter partiũ diſtantiuꝫ ap ponimus ad diuertendũ lonġinque currẽte materia ¶ Dixit autẽ ſaltẽ ſi nõ põt facere flobothomiam.ut uentoſe ſint cum ſcarificatione apponẽ de.uel non.remaneat in tuo iudicio zm qd̃ uides de plenitudine ſanguinis ¶ ET ut incipiatur. ¶ Hic ponit curã quãtuꝫ ad intentionẽ uſus localiũ.Et ꝓmo in ꝓncipio.2º in augumẽto.3º in ſtatu.2ª ibi.deinde.3ª ibi deinde. ¶ Dubitat̃ utrũ in ꝓncipio hoꝝ apoſtematũ cõpetat aliqd̃ gargariſma.uideẽ ꝙ nõ.3º cõtinentis ultio caº.i ꝓncipio per duas cartas.ubi auctoritate Gal̃ in ꝓncipio hoꝝ apoſtematũ uetat gargariſmata.Amplius ġargariſma nõ fit niſi cũ cõcuſſione & motu.& illa ꝓhibent̃ in ꝓncipio apoſtematuꝫ in q̃bus intendimus materiã repellere.unde in fine capit̃ ſequẽtis docet in omni dolore gutturis dimittere loquelã ſiue ſermonẽ ¶ In contrariũ ſunt oẽs ¶ Dicendũ ꝙ in ꝓnº hoꝝ apoſtematũ añ eũoneꝫ nõ cõpetunt gargariſmata. Rõ eſt ꝙa ſũt reper cuſſiua.ſed talia nõ cõpetunt ſtante repletione cõi.plenũ eniꝫ exiſtens corpus nõ recipiet.ſꝫ poſt euacutionẽ cõpetunt.qa materiã repellũt ¶ Sciẽ duꝫ tñ ꝙ fort̃ gargariꝫãdi i ꝓncipio hoꝝ apoſtematũ debet eſſe leuis nõ cum labore & ictu.ſꝫ quaſi quedã detẽtio in gula nõ laborãdo.uꝑual de paꝝ.ne motus agitet & attrahat materiam. In ſtatu uero.& cuꝫ queriẽ reſolutio poteſt cuꝫ forti cõquaſſatiõe ꝓtiuꝫ gutturis fieri.Et hoc ẽ ꝙ Raſis diẽ ꝑallegato caº.nõ ẽ ꝓuocãdũ mẽboꝝ ad laborẽ in ꝓnº cuꝫ mꝑto gargariſmate ne fiat cã ad attrahẽduꝫ materiã.& ideo Halyab. incipit cuꝫ trib⁹ igeniꝫs priuſq̃ cuꝫ gargariſmatib⁹ 6º prat caº.2º. ¶ Ad Gal.reſpondet.Raſis ꝙ intelligit de gargariſmate acuto.uel intelligit ꝙ non fiat cum agitatione & motu ꝓprie multo. ¶ Dubitat̃ utꝝ pure ſtiptica gargariſmata.uer.gratia.decoctio gallaꝝ.ſiue pure repcuſſiua ꝓ frigiditatẽ.ut uerbi ̃gtia.ſuccus ſolatri cõpetãt in ſquinãtie ꝓncipio gargariꝫãdo.Vr̃ qd̃ ſic ꝑ Gerardũ i gloſis Viatici liº.3º capº ꝓmº.q docꝫ gargariꝫare in prinº cũ decoctiõe gallarũ balauſtiaꝝ.& pſidie.i.corticis maliġnati.Itẽ Guliel.lõbardus i colerica ſqnantia docꝫ gargariꝫare cũ uino dr granatis.Itẽ Raſis 3º cõtinẽtis inuit qd̃ paꝝ iſufflandũ ẽ de galla nõ matura & de acacia cũ ſumach & roſis &cẽ ¶ Ampliꝰ i iſtis apoſtematib⁹ maxie a prinº cõpetit materiã repellere.gº maxie repcuſſiua cõueniũt.hec aũt ſunt frigida ſtiptica pura. In cõtrariũ ẽ.A. q̃ icipit cũ ſtipticis mixtis cũ aliqbus abſterſiuis aliqb⁹ ¶ Dicẽdũ qd̃ in priº hoꝝ apoſtematũ nõ cõpetũt pure ſtiptica nec pure frigida repcuſſiua.ſꝫ oportet eẽ cuꝫ aliquali abſterſiõe & reſolutiõe rõẽ q̃ ſummit̃ a Raſi 3º cõtinẽtis.nã pellicula oris ẽ ſubtilis.& iõ icipit ſtati aliqd reſudare. Vñ oꝫ ſtiptica.& repcuſſiua habẽ aliq̃ uim abſterſiuã.& iõ lꝫ cõiter incipiat̃ cuꝫ rob moꝝ & melle.ut Alexãder ſcribit. ¶ Cõſyderãduꝫ tñ ꝙ quantitas mixtionis reſolutiuorũ & abſterſiuorum cũ repercuſiuis eſt ſecundũ ꝙ medicus uidet de natura materie.In materiis eniꝫ calidis & proprie colericis. paruꝫ miſcemus de illis.unde poſſumus eliquare rob nucũ cũ aqua roſ.uel cũ aq̃ decoctiõis ſumac uel gallaꝝ zm ꝙ uidebit̃ ¶ In materia autẽ flẽatica multũ miſcemus.ut forſan utamur dyamoron cõpoſito in quo ĩtrat ſapa ſecundũ Nico.& ſecundũ Allex.uinũ etiã.et poſſemus diſſoluere id cũ decoctione liquiritie. ¶ Diuerſificatur ẽt hec mixtõ ſecundũ qd̃ principium ẽ quaſi ꝓncipiãs uꝑ ꝓcedẽs.et tũc diceret

qđ i menbris colericis.ſ.ſubtilib⁹ in principio
ꝓncipiante.& in materieb⁹ ſanguineis etiā poſ
ſemus accedere ad pura infrigidātia.prin⁹ autē
ꝓcedente non eſt tutū.& in mēbris ſplaticis ꝓce
dente prin⁹ ſatis ad abſterſionē intendimus.Et
iō Meſue audaci⁹ ad infrigidātia repercuſſiua
ꝓcedit in materiebus calidis.& ꝓprie i colerica
Et etiā Serapio tractatu z⁰.c⁰ de ſquinātia.me
liores eorū.i.inter eas cortices nucū.i.rob de cor
tice nucis.deinde &c̄.Videt̄ dare maiorē fidē
in rob nucum. ꝙa habet aliquid cōfortationis
ſtomachi.ut Allex.5⁰ ca⁰. Conſiderandū āt
qđ acetū id qđ laudatur eſt cōiter accetum uini
mixtum cū aqua.habet enī cum repercuſſione per
frigiditatē uim aliquā reſolutiuam pp partes
acutas.& cōuenit in materia ſplatica cuī uirtute
inciſiua Vnde Meſue.ſi materia fuerit ſplatica
gargarizandū.in principio acetū cuī aqua roſata
et in hac materia ſplatica Raſis 3⁰ cōtinētis ueri⁹
finē precipue laudat acetū.cōuenit ēt in materia
ſanguinea & colerica.ut inſequēti cap⁰ etiaī in
frigidando.& ꝓprie cum decoctione rerū frigi
daī & ꝓprie acetum acetoſorū.ſicut eſt acetū
ſiue uinū granatoī acetoſoī.de illis medicinis.ſ.
repercuſſiuis.ſunt ēt ambo granata.ſ.ul⁹ muīum
& acetoſum mixta ſimul Fiat.quod deglutiat.
ideſt aliqd deglutibile.pōt etiam deglutire.&
dicit hoc ad differentiam alterius.quia non oī
qđ de eo degluțiat. Dubitatur. utrum pres
capitis poſſint ſtiptico inungi uel liniri ut.ſuco
acacie Videtur ꝙ non.ꝙa Raſis 3⁰ cōtinentis ꝓ
hibet ſuper collū poni ſtiptica ne materia intus
repellat̄.ſed docet uti empl⁹ ex farina ſemis li
ni & oleo camōillino & farina ordei Et Alexā.
in hoc ca⁰ extrinſecus īponi oī collo lanas oleo in
fuſas Et Auic.ifra ergo eadē rōe ſup caput nō
debemus ponere ſtiptica ne materiā inferi⁹ pre
mant. In contrariū ē Auic.hic reddat̄ ſinciput
al⁹ iafre,i.locus comiſſure coronalis. Sermo il
le eſt ualde extrāeus Dynus tn̄ ſic conat̄ ſalua
re qn̄ materia ē fixa.ſ.in apoſtematib⁹ colli ꝑci
pitur ꝙ ſupra caput ad diuerſionē ponant̄ ueſi
cantia.ut materia diuertat̄ ad extra.ſic ī ꝑn⁰ ꝑn
cipiante in quo materia fluit ad pres capitis.uni
uerſaliter adminiſtratio repercuſſiuoī ſtiptico
rū circa ſinciput materiā repellit uniuerſal⁹ ab
oibus ꝑtib⁹ capitis.& ideo cōfert.& hoc maxie
in his in ꝙbus materia ſtiptica rei poſite ſup ca
put pōt penetrare uſq; ad pres gutturis ꝓter
raritatē cōmiſſure.ſicut in pueris in quib⁹ com
miſſura coronalis nō eſt perfecte cōſolidata Et
ideo Auic.in ca⁰.đ cāu uuee ꝑcipit in pueris ap
poni ſtiptica fortia ſincipiti Alia uia eſt quaī
ego dedi ꝙ remediū iſtud eſſet utile ſi in capite
eſſet feruor trahēs materiā Sī in ueriori iudi
cio credo textū eſſe corruptū.uel Auic.habuiſſe
corruptū textū continentis ſup hoc paſſu a quo
Auic.habuit fere oēs particſpares cōcluſiones q̄s
ponit.& hoc declarabo ifra in ca⁰ de cāu uulue.
Ego enī nō eſſeī audax pōere ſup capite ſtiptica
in ꝑn⁰ ſquinātie Deinde.ſ.uerſus ſtatū ad ma
turantia.i.reſolutia mixta cum repcuſſiuis.que
aūt ſint illa.ponent̄ in ſequēti cap⁰.Et hic cadit
ſimil⁹ queſtio quaī ēt diſputauim⁹ fen 3ª.utrū
cū ceſſam⁹ a repcuſſiōe ꝓncipii debeam⁹ trāſire
ad reſolutiua uel ad maturatiua Deinde fiat
gradatio.Quia incipiat̄ a leuioribus eruptiuis
quouſq; perueniat̄ ad fortia.de qb⁹ ē ſal armo
niacū.Ille medicine fortes & debiles dicent̄ i ſe
quēti ca⁰.Et ad erupendū cōfert ſternutatio cū
cōdiſi.qdā dicūt ꝙ ē medituliū eleborī Simō di
cit qđ ſunt quedaī radicule qbus lanarii lanam
limpidāt. ET ex reb⁹ Hic nota mirabilem
formaī ſpecificam pluribus muricibus cōicatā
Murice ſunt cōcule marie cui⁹ ſanguine fit tin
ctura purpure.In h⁰ uero opere inuenio aliquā
diſcordiā iter auctores quā uidt̄ ꝑ hos text⁹ G.
enī in comēto de ſimplici medicina i trāſlatiōe
arabica.capi⁰ de peōia dic̄ ſic.Si accipiat̄ filum
lane.& ꝑcipue illi⁹ lane q̄ uidet̄ i cōchis marinis
& tingat̄ tinctura q̄ dr̄ grana.deinde iuoluatur
iſtđ filū i collo uipere & ſtrigat̄ donec ſtrāgule
tur uipera cū eo.deide filū inuoluat̄ circa collū
habētis ſquinātiaī.l⁹ aliđ qđq; apoſtēa ex eis q̄
fiunt i guttere ul⁹ collo.uidebis ex h⁰ magnū mi
rabile illius filli.In eodē uero libro eodē cap⁰.
zᵐ trāſlatioēī grecā.dic̄ qđ ſi multa fila.& ꝑci
pue ex his q̄ marina purpura.i.cōcullo illo ex
cui⁹ ſanguie tigit̄ purpura.& applicueris gul
le echidiui uiſce leuis.i.ſerpētis q̄ dr̄ cūtus uel
ſterſitem Vn̄ ſubdit.& ſuffocās echidia ſiue cro
tonē.deide applicueris unū filū gule. mirabili
ter cōfert parāchis.i.apoſtēatib⁹ gule.& i oīb⁹
q̄ circa gulā naſcūt Diſcordāt igit̄ he due trāſla
tiōes.ꝙa ꝓma dic̄ qđ filū dī eē de lana & tictū
cū grana.& zª dic̄ ꝙ filū dī eē đ lanugie illi⁹ cō
cul Raſis uero 3⁰ cōtinēris.ultio ca⁰.dic̄ aucto
ritate Accurſi.ſi ligat̄ collū uipere cū filo lini.&
diſtrictiōe illi⁹ ꝓfocet̄ uipera & liget̄ i collo pa
tiēris ſeqnātiā.mitigabit paſſiōeī h⁹ ſtati.uidli
cet amigdalaꝝ A.uero dic̄ qđ tu uides .Et dic
ꝓtranſiens qualitatē uel quantitatē euis qđ tn̄
timet̄.ꝙa tranſit nocumentū prefocationis & ſe
curat ab eo Et lac Cauſaī ſui dicti Auic.aſſi
gnat.& inuit qđ cōfert etiā in augumē to Con
ſyderandū tn̄ qđ iuuamentū eius in ꝑn⁰ per h⁰
qđ repellit.ꝙa nō eſt iuuamentū forte ſiue ma
gnū.ideo nō poſſum⁹ eſſe cōtenti eo ſolo ſi non
imprimit.ſed poſſum⁹ experiri ſine perich⁹o qđ
timeat̄ ex ſui impreſſiōe.repellit enīī mediocri
ter uerſus ſtatū.cuī in ſtatu etiā quoad actum
poſſem⁹ eo uti.ꝙa dolorē ſedat Et ex h⁰ cōueit

in quocūq; tēpore doloris.dū dolor indicaret se
dationē. Sic enim lac caprinum.aut asininū secūdum
Mesue laudant in statu. ET opz. Hic canō
si est per se uult ponere curā hoc apostēatū ha
bita cōsideratiōe ad naturā medicinaꝝ.q̄uis.n.
in pn° cōueniāt ea que repellūt siue cōstringūt.
Et in augumento ea que maturāt aut resoluunt
mixta cū repcussiuis.& in statu siue uersus sta
tum ea que maturāt siue resoluūt puriora.et tā
dem que apostēata rumpūt.tn̄ oz ista esse fami
liaria corpori quātū est possibile. Naz habētia
uirtutes extraneas multū siue uenenosas nocēt
ppterea qa partes gule sūt nobiles colligate pn
cipalib⁹.et ab eis cito fit impressio i ptes cordis
et stōachi & partes cerebri.& ideo si debes erū
pere nō utaris uiridi eris ul' calcāto.sz sale armo
niaco.& si debes ifrigidare et repcutere fortiter
nō utaris iusquamo.sz si expedit papauere.et h°
inuir Rasis 3° cōtinētis duz dicit.dubitandū est
ne inducat aliqd.uel moueat aliquid de medicis
quibus curriē ad isofagum & pulmonez. Vnde
euitanduz est medicamen in quo fuerit calcantū
ut 5° theorice.penultio ca°.& hoc uoluit.A.zm
expositionē hanc. Et oportet ut conspiciat &c̄.
Scilicet qđ sint familiaria corpori.ul' nō sint ml'
tū extraneaꝝ uirtutū.Si aūt ille canō eēt cōiūct⁹
sequēti.tūc ul't qđ zm qđ corpora sunt diuersa
in lenitate siue i teneritate.& duritie.siue sint ex
habitudine.siue cōpl'one.siue ex etate tēpore ul'
cōsuetudie.zm h° medicina diuersificet.& me
dicamē forte cōfortet i duricie.i. i dispositōe du
ra.& i dispositiōe leui alleuiet medicina.& in
summa duris possunt dari duriora. lenib⁹ aūt
ut pueris l'mlierib⁹ & similib⁹ leuiora.& fuit
Auic.i h° solicit⁹.qa pellicula gutturis quā tā
gūt huius.medicie ē ml'tū diuersificata i mollicie
et duricie zm corpora & etates.& tēp⁹ & cōsue
tudinē.qdā eni sunt cōsueti nūq̄ i guttur aliqd
sustinere.qdam ibi possunt abscōdere lapides.
Etas autē infantie uel puertie tenera est in illa
pellicula.& compl'o humida.& ecōtra i uiris se
cundū hoc g° diuersificat grad⁹ medicinaꝝ. ut
hominib⁹ leuib⁹ leues medicinas.& fortib⁹ des
fortes.& hec ē sentētia.Allexādri i h° cap°.cuz
dic.nō solū oportet tēporib⁹ ꝺseruire sz uirtuti
medicinaꝝ.leuiora eni & ibecillora medicamia
his adhibenda sunt.q molles & debilitati sunt
habitudine.quales sunt eunuchi & mulieres.&
qui fuerunt uiri candidi.fortiora autem adiuto
ria durioribus & fortibus & nigris corporib⁹
constitutis.& quēadmodum in fortioribus mē
bris fortiorib⁹ adiutoriis oblatis cōsentiētie na
tura malū opprimitur.ita i delicatis corporib⁹
dū fortiora nō.sustinent oppressa natura a mālo
victa subcumbit.hanc sententiā accepit Rasis 3°
cōtinētis auctoritate Filagori & Agesifiō i h° c°
auctoritate Allexandri. Et qnq;. Hic ponit
curā per operationē manus. Et primo innuit ꝺ
incisione.zo.de tactu & subleuatione.ibi za.&
ex modis. Dicit qnq; appropriātur cū incisiōe
.i. ppria cura est incisio.& de hoc docet. Infra
Et ex modis. Hic innuit tria loca que ppria
sunt tres dispositōes in quibus oz uti tactu &
pressione.& laboratione cum digitis uel instru
mento.p° fit hoc cum est dislocatio spondilium.
za quādo amigdalarū uula & partes amigdala
rum adiacētes cadunt.unde indigēt subleuatōe
ad superiora.a cāu ambaruz.s.uule & amigda
larū.3° fit hoc in apostematib⁹ flaticis quando
mollificādo loca gutturis constringunt. Et ex h°
ambo meat⁹.s.cibi & aeris.& tunc isti iuuant
cum tactu & pressione facta cū digitis & inuol
uimus qnq; digitos panno lini. ut hūiditas flati
ca illi applicet. Iuuamentū autē hui⁹ cōpressio
nis.cū digitis ē p^m qa mūdificat ex hoc fla illud
uiscosū.& hoc ē qđ dic zm mūdificationē ipoꝝ
zm iuuamentū est qa loca relaxata & cadētia re
colligūt & subleuant.& h° ē q dic.& subleua
tionem. Et ex hoc uult.A.q tact⁹ cū digitis uel
alio instrō oportet euitari si est apostēa caliduz
& iō p̄sumptuosus fuit pater Platearii.licet q̄
doq; sibi successerit.de quo recitat Plateari⁹ ca°
đ sqnātia.Et hoc est q dicit Rasis 3° cōtinētis.
tact⁹ euitādus est.si ibi fuit apostēa calidū &c̄.

IN calida. In sermōe cōi expediuit
se a cura apātuz partiuz gutturis.
Hic in sermone speciali.Prio pōit
curaz prefocationū quantū ad oēs
materias.que prefocationes sunt dispositiones
gutturis inquantum guttur comprehendit me
ri & uiaz aereis.zo ponit curam dispositionuz a
migdalaꝝ & uuee.za pars incipit in sequēti c°.
licet aūt fuerit supra introducta.Prima in tres.
p° ponit curam prefocationum quātū ad omnē
intentionē & diuersitatem. zo ostendit qd fien
dū ei q euasit & liberat⁹ ē 3° ponit unū canonē
ibi za.oz aūt ibi 3a.& scias.Pria in duas primo
pōit curā p̄focatiōuz q̄ fiūt ex apostematib⁹ ex
dislocatiōe.zo pōit curā ei⁹ q̄ fit ex submersiōe
in aquā ibi.za & si fuerit cā p̄focatiōis ei⁹ sub
mersio &c̄.et hoc est q dicit rubrica.ca° đ cura
decollationū & prefocationū ex apostēatib⁹ &
prefocatis.s.ex dislocatiōe spondiliū & cāis nō
apostemosis & submersiōe in aqua.& iō meri
to ifert & suffocatōis ex omni cā.qa ex cā intri
seca & extrinseca.Pria in duas.p̄mo ponit curā
intendēdo p̄cipaliter ad ipam egritudinē siue
sit apostema.siue dislocatio.& qnq; itēdēdo ad
aliđ accidēs.zo pōit curā itēdēdo sp̄aliter ad ac
cidēs qđdā qđ ē sincopis.ibi za cū aūt sincopis
Prima i duas.p° pōit curā p̄focationū in q̄bus ē

fiducia ꝺ̄ ſalute.quaꝫ pluria cura eſt per medi
cinas.z° ponit curā eius in qua creditꝫ poſſibilis
& eſt cura per cyrugiā.ibi z^a.cū autē ¶ Conſy
derandū ad ꝑmi euidentiā ꝙ p̄focatio fiebat.ul'
ꝑpter apoſtēa.uel ꝑpter cooperturā.ul' ꝑpter
pigriciā uirtutis.Curā eius que fit pp pigriciā
uirtutis a motiõe inſtrumēti obmittit.qa illius
cura ſcit̄ ex capit'lis de curis ſiccaꝫ diſpōnuꝫ.ut
ex ca° de ethica & ꝺ̄ cura male cōpl'onis ſtōachi
& ſcit̄ ex ca° de cura ſpaſmi.et de cura mollifi
cationis ſiue paliſis. Remanet ergo Auic.põere
curā prefocationū ex apoſtēatib⁹ p°.& z° curā
ex cooptura.ibi z^a.ex eis aūt ¶ Ad ꝑmi euidētiā
cōſyderandū ꝙ quatuor intentiões hēt medic⁹
ꝑma eſt diuerſio & euacuatio materie a ptibus
gule.z^a eſt rectificatio diete.pl⁹ eniꝫ indiget eūa
tionib⁹ & diuerſionib⁹ q̄ cibationib⁹.3^a intentio
eſt corruptio accidentiū. 4^a intentio ē particula
ritas operis circa guttur ex repercuſſiuis ul' ma
turatiuis uel ruptiuis & ſimilib⁹ ¶ Et quāuis
Meſue ponit ſex res in hac cura.tñ ſi qs conſide
ret i his cōprehendunt̄. Prīo ergo Auic.ponit cu
rā quātuꝫ ad ꝑmaꝫ reꝫ ſiue intentionē. z° q̄tuꝫ
ad ſecundā que eſt rectificatio diete.3° q̄tū ad
tertiā.4° q̄tuꝫ ad quartā.ibi z^a.& oꝫ.ibi 3^a. &
cū degluritio.ibi 4^a.medicine autē ¶ Diuerſio
autē & euacua° materieꝫ.aut fit cū flobotho^a
aut cū cliſteriis.aut cū ligaturis extrēitatū.aut i
unctionib⁹ qb⁹ ānectent̄ fricatões.Prīo g° põit
curā cū euacuatiōib⁹ & diuerſiōib⁹ cū fl'omia
z° cū cliſteriis.3° cuꝫ lauatiuis et aliis.ibi z^a.&
eis.ibi 3^a.& oꝫ ut embrocet̄ ¶ De uētoſis aūt po
ſteri⁹ dicet.De farmacia uero nō põit alios can.
qa ſufficit qꝺ̄ dixit i p̄cedēti ca° qꝺ̄ euacuetur
materia cū ſolutiõe uentris ibi.& z^m qꝺ̄ eſt ma
teria deꝫ fermacū.Et p̄ter h° nō ſunt aliꝫ cano
nes ſpāles in ſq̄nātia q̄ nō ſciātur ex cañ.uniuer
ſalib⁹ ꝑmi libri.ſ.i flebothoia ſunt cañ. pluri
mi.Pria in duas.p° docꝫ euacuatiões facere cuꝫ
flebothomia q̄ ꝑ̄ ē ad curādū.z° ad p̄ſeruādū
ibi z^a.& illū.Pria in duas.p° docet curare cum
flebothoia de uenis cōiorib⁹.z° de uenis pti.ula
ribus annectēs de uētoſis.z^a ibi.& nō poſtpo
nat̄.Pria i q̄ttuor.ut bñ dic̄ Dy.ꝑmo docꝫ fieri
euacuatiōeꝫ p flebothomiā cōſyꝺrādo q̄titatē
z° locū.3° tēp⁹.4° põit cās i q̄bus nō competit
flebothomia.ibi z^a & q̄nq̄ oportet.ibi 3^a.& z^m
ueritatē.ibi .4^a & cū ſq̄nātia. ¶ Cōſyderādū
ꝑmo i calida.ſ.ſanguinea ꝓcolerica ſanguini mix
ta.nō dixit de fl'atica. qa pl⁹ repit̄ circa ptes
gule fl'aticū apoſtema qꝺ̄ nō idiget flebothoia
q̄ colericū.uñ i ſq̄nantiꝫ fl'aticis tacet̄ a q̄buſdā
auctorib⁹ ꝺ̄ flebothoia fiēda.& iō dixit i calida
¶ Dubitat̄.qa.Auic̄ cōtradicet̄.ꝑmo qa cōce
dit uſq̄ ad ſincopiꝫ flebothoiaꝫ ¶ Deide dic̄ ꝙ oꝫ
ut ꝺ̄clinet̄ uerſ⁹ expulſiōeꝫ ſincopis cū ſepatiõe
.i.ptitiõe flebothoie i mꝫtas uices.. ¶ Dicēduꝫ
qꝺ̄ Aui.inuit hāc diuiſionē manifeſte qꝺ̄ homo
ſq̄nantic⁹ ul' ē debilis.et h° ē qꝺ̄ dicit inceperit
ꝺ̄bilitari ab egritudie.aut ſuo defectu naturali
licet mō appareat plus.unde ſtatim in flebotho
mia debilitari ĩcipit uel ē fortis.& h° eſt qꝺ̄ di
cit.ſi autē debilitari. & repetiꝫt cū dixit.in forti
ſi quidē ſquinanticus ſit debilis non extrahitur
ſanguis plurim⁹ ſubito.dixit aūt primo genera
liter uel abſolute non extrahat̄ &c̄.qa de regl'a
rī canõe ē euacuatões nō fieri ultias .& coacte
facim⁹ eas ultias ſimul & ſemel.et iō dicit non
extrahat̄ ſanguis &c̄.& qa hoc maxie uerificat̄
in hõie debili.dixit & ꝑprie cum iam incepit de
bilitari.& tūc dat modū ptiendi flebothomiā in
plures partes ſiue uices.qa in õi hora in qual'tu
flebothomare uis eū ſiue ſit ꝺ̄ die ĩ diē.ſiue bis
in die.ſūme.x.&.x.ſecundū Raſiꝫ 3° continētis
¶ Auic.tñ prudenter fecit.q nō explicauit pon d⁹.
cū diuerſificetur ſecundū corpora.Et iō dixit.x.
&.x.i.aliquā particulā ſecundū ꝙ tibi uidebit̄
unde l'ra exterior dicit decia.et eſt dictū uulgat̄
ſi aūt per horā uis intelligere horā quālibet diei
ponendo diē equinoctialē.qa horarum.iz.tunc
precipiet trahi in die.x.exponēdo.p.x.ſ.3.et ſūt
.xx.i.&.3.iii.ergo i tribus diebus eſſent libre
iii.&.3.ix.hoc totū eēt extimatiuū iudiciū.p̄
cepit aūt fieri cū ſperationibus.i.iterpollatōib⁹
cōtinuis.ſ.in ꝓportiõe.qa equaliter diſtet hora
ab hora.uel continuis.i.ſubſequenter ſe habenti
bus ¶ Si autē ſquinanticus ſit fortis una uice põt
ſanguis extrahi uſq̄ ad ſincopim.& qa iaꝫ ꝑce
pit ſeperatōm.i.ptitōm fieri i flebothomia acci
piendo.x.&.x.menſuras ſanguinis.& de hora i
hora.Ideo Auic.uult hoc dictū declarare.ꝙ tu
non ſūmas punctualiter hora & horā.nec.x.et.x
ſed loco extrahēdi põas illum cañ.ꝙ tua ptitio
flebothomie quam tu cogeris facere in hõe fiat
talis & taliter i tēpore & quantitate qꝺ̄ uirt⁹
cōſeruetur et ſincopis non ſequatur.ergo ꝺ̄ quo
dam homine partieris ꝺ̄ die in diem.et quodaꝫ
de ſex horis i ſex horis.aut ſecundū aliud tēpus
& in quodā.x.&.x.& in q̄dā.5.&.5.aut z^m aliā
quātitatē ¶ Et hoc eſt qꝺ̄ dixit oꝫ qꝺ̄ declinet̄ cū
ſepearatiõe.i.partitõe flobothomie quā facim⁹
in debili uerſus conſeruationē uirtutis et expul
ſionē ſincopis.Et ꝓbat qꝺ̄ non inducas debileꝫ
ad ſincopiꝫ.qa cadēte uirtute ex ſincopi aggre
gant̄ i infirmo duo.ſ.ipe uirtutis caſus.et plus
malignatur anhelitus.qa uirtus ñ poterit pect⁹
mouere.et illa malignitas fit ex cāu uirtutis.ſꝫ
uirtuti cadēti non poſſum⁹ ſubuenire.qa comu
niter ſubtilis dieta precipit̄ iſtis.aut ſine p̄cepto
faciunt.qa nō poſſunt deglutire.uel qa nolūt ꝑ
prie cum ē fe.que appetitum tollit in cua p̄ci
pit̄ dieta ſubtil⁹.Et hoc ē qꝺ̄ Auic.dicit ſincopis

enim cum accidit.& ꝓprie uirtutis caſ⁹.aggre gaꝫ malꝰ ãhelitꝰ.idiciꝫ.i.cuꝫ percipiꝫ eis etc.ãt uolũtarie.i.a ſe.qa non poſſũt uel nolũt.In for tibus ſi ſincopis dicta lipothõia accidit uꝰ adue niat per flobothomiã copioſam non curamꝰ.qa non expedit eos cibo ſubleuari ꝓpter eoruꝫ forti tudinem & copiã ſanguinis eorũ boni ¶ Cõſide ra igitur ꝯ.q̃ i ſquinãtia uehemẽtia paſſionis in dicat flebothomiã copioſaꝫ fieri.& ꝺbilitas uir tutis cui nõ ẽ facile reſiſtere indicat eã fieri par titam & paulatinam.& fere hac uia.ſ.ptitionis flobothomie omnes auctores iceſſerũt.& ꝓprie Paulꝰ & Allex ¶ Vñ Allexãder añ omnia flebo thomiã in ſq̃nãticis adhibere neceſſariũ eſt.ſꝫ ñ ſubito ꝙ ſemel.Paulꝰ aũt i hº caº diꝫ mox flebo thomare a cubito & euacuare nõ ſimꝑ.i.nõ una uice.Et aſſignat aliã cãꝫ a dictis.A.ꝫ ex dictis ¶ Aui.poſſit colligi.ſ.q̃ debilitas eiꝰ ex euacua tiõe mꝙta.ſimꝑ facta cõfluit ſimul mꝙta materia i ꝑte q̃ patiꝫ.Alia ẽt cã daꝫ a Serap.tracta.zº i hº capº.cũ diꝫ euacuatiões i qbꝰ euacuaꝫ parũ. & poſtea paꝫ plꝰ attrahũt ſupfluitates a mem bris ifirmis.Haliab.6º ꝑctice.caº zº cũ ꝑdictis cõcordat.Ex qbꝰ cõtradictio ceſſat aꝑ q̃ gloſa Bertuci.q̃ diꝫ cũ expulſiõe.ſ.ſincopis irrecupe rabilis. ¶ ET qñq; oꝫ ¶ Sentẽtia hꝰ cañ.ẽ ꝙ ſi cã i ꝑfocatiõe ẽ dñiuꝫ ſanguis retẽti cõſueri ex pelli ꝑ emoroydes.aut mẽſtrua fiat flebothoia i later ĩ q̃ ꝑflebothoiaꝫ trahiꝫ ad ꝑtẽ i q̃ ſãguis ille retineꝫ.Et ex hº diuerſio fiet a ꝑte ad quaꝫ tẽdit.& rũ hº ẽt trahat ad ꝑtẽ i q̃ retineꝫ ¶ Et iõ neceſſaria ẽ hic.ſ.in ſq̃nãtia ex retẽtiõe mẽſtruo rũ & emoroydoꝝ ſſomia ſaphene.& c̃.Ex hac enĩ flebothoia trahiꝫ materia a ꝓtibꝰ ſuperiori bus ad mr̃icẽ & emoroydes & a mr̃ice & emo roydibꝰ ad iferiꝰ.Et iõ cũ egrediꝫ ſanguis plu rimꝰ ꝑ illas flebothomias uel etiaꝫ per prouoca tionem emoroidarum uel meſtruorum ſedan tur accidẽtia ¶ Dixit q̃ñq; .qa poſſibile ẽ materiã q̃ aſcẽdit iã ipreſſiſſe. ¶ Ex hº gº can.habes de qua uena debes flebothomaꝛ̃ qa ſi aliꝯ mẽbrũ ẽ i cã euacua.ad id.& ab illo ſi ẽ poſſibile.& iõ ſi epar hũc ſanguinẽ aggregaret.flebo homa ꝺ uena eparis.Si totũ corpꝰ uideret plenũ euacua de uena cõi.& ſi expedit icipiamus a ſaphena ſi repletõ ẽ a ꝓpriata ꝓtibꝰ capitis ꝺ cephalica.Et q̃ñq; ẽ neceſſaria flebothomie iteratio i mane.ſ. eiuſdẽ diei uel ſequẽtis.ut notũ eſt. ¶ Et cõſy dera q ꝺ illũ cañ.de.flebothomia ſaphenaꝝ.A. ab Allexãdro icipit. ¶ Et zᵐ ueritatẽ ¶ Iſte paſ ſus ẽ difficilis.& rẽptaꝛ̃ expõi ab Alberto.& Bertutio ittiſece i his q̃ ſunt apud me. ¶ Dy. tñ ſic expõit qꝺ flebothoia eſt duplex. ¶ Vna multa ad eradicatiõeꝫ materie principalꝝ̃.& illa nõ dꝫ fieri in pincipio horꝝ apoſtematũ ſꝫ qñ ma teria ẽ digeſta.qa tũc euacuaꝫ ꝑ flebothomiaꝫ.

¶ Et hº ẽ qꝺ diꝫ cũ diſpoſitio tollerat expulſiõeꝫ .i.ꝓhibitiõeꝫ flebohtoie eradicatie.qñ materia nõ ẽ ultie multitudinis.qa ſi materia ẽ in ultio multitudis.cõpetit ſſomia ab ipſo principio ſi uirtꝰ ẽ fortis.ut i pricipio hꝰ capꝙi dixit ¶ Tãdẽ Aui.ꝓbat qꝺ illa ſſomia eradicatiua.nõ fiat in ꝓncipio.ut remaneat uirtꝰ.qa ex ea ꝺficeret.& ne cadat euacuatõ materie egritudinis qa ſi fiat illa ſſomia eradicatia quãdo materia ẽ digeſta tũc euacuaꝛ̃. ¶ Alia aũt ſſomia eſt que potius fit ad diuerſionẽ & minoratiõeꝫ q̃ ad eradica tionẽ materie facientis egritudinem.& illa põt fieri i principio.Et hº eſt qꝺ dicit. & ſufficiat emiſſio frequẽs.i.euacuatio cũ ſſomia iterata q̃ fit ad diuerſiõeꝫ & minoratiõeꝫ.Et uꝰ ¶ Dynus in fine qꝺ ille ſermo eſt qui ponit ĩ ꝓmo.cañ. 4ª fen.caº de ſſomia.cũ dicitur.& debes ſcire qꝺ dum iſte egritudines timenꝛ̃ &.Cum aũt in eas ceciderit.in earũ ꝓncipio penitus ſſomia di mittatur.uꝰ dimittatur .ſ. ſſomia eradicatiua. ¶ Iſta expoſitio & ẽt predicta quarte fen ꝓmi difficulter tollerabilis ẽ.& ibi prolixe diſcuſſi mus.Et i ſũma maturo exiſtente apoſtẽate gut turis nõ uideo ad quid fiat ſſomia eradicatiua copioſa que ẽ multa.cũ tunc ſolum precipiaꛛ̃ a pertura.ut ſanies educaꛛ̃ ¶ Ad intellectũ ergo hꝰ .cõfiꝺra ꝙ.A.et alii ſapiẽtes arabes ñ uidẽꛛ̃ fuiſſe ita ſecuri ad ſſomã dũ.ut fuerũt greci.ſic ¶ Conciliator diꝫ.et in hoc facit diuerſitas climatũ Auic.ergo uidit qꝺ põt inueniri ſquinãtia in q̃ a ꝓncipio nõ cõpetit ſſomia aliqua.& poſſibile eſt qꝺ poſterius cũ apparet maturatio cõpetat & hec ſquinãtia eſſet illa que fieret a colera.uel ſſate a ſanguine ſepatis non cũ repletõe ſanguis in cope.& proprie ex colera.& ꝓprie exiſtente illa ſquinãtia oio in ꝓncipio non dẽt fieri ſſoia immo poſtponaꛛ̃ uſq; ad maturationẽ.& hoc ẽ qꝺ dicit & ſecundũ ueritatẽ cum diſpoſitio tol lerat expulſionẽ.i.qꝺ nõ fiat ſſomia uſq; ad ma turationẽ eſt melꝰ.quaſi uelit dicere aliquãdo reperitur diſpoſitio que hoc tollerat in i qua nõ dẽt fieri flebothomia.Primo ergo Auic.põit hº poſſibile.zº declarat i quodã ſpeciali caſu.zª ibi & decolationis.Pria in duas.primo facit hº qꝺ dictũ eſt zº.declarat per ſimile in gargariſmati bus.ibi zª.& ſimiliter Et cuꝫ dicit ad hoc ut re maneat uirtus ꝓbat quod dixit ſic̃ fiat ſſomia i principio illorũ & cadat uirtus.qa euacuaꛛ̃ ſan guis.cuius euacuatio non eſſet neceſſaria cũ non peccet in ſe nec in aliorum humorũ mixtione.iõ poſt ponaꛛ̃ flebothomia a ꝓncipio ne cadat uir tus.ſed remaneat fortis in corpore.E cadat eua cuatio. ¶ In hoc inuit qui ꝺ fiendũ & ſecunduꝫ ration ¶ Si enĩ tu facis flebothomiã in principio huius ſquinãtie nõ fit euacuatio aliqua materie egritudinis.cum illa materia nõ ſit ſanguis nec

ſanguini mixta.ergo fac euacuationem cum aliis euacuationib⁹.ut cū cliſteribꝫ & ſimilibꝫ medicinis ſolutiuis.ut euacuetur materia que facit egritudinē.&hoc eſt qđ dicit & cadat euacuatio.i.fiat euacuatio.& ille ē modus loquēdi.cuz enim aliqua materia euacuatur.dicimus qđ euacuatio cadit ſuper ea. ¶ Aliter tñ poſſet exponi ut dicaſ qđ uult ꝓbare qđ ſ̄ſomia ſit poſtponēda uſq; ad maturationē.qa tunc ſ̄ſomia euacuat materiā egritudinis qđ non feciſſet in principio & hoc eſt qđ dicit.& ſupple ſ̄ſomiam factaz in tēpore maturationis cadat euacuatio materie. ¶ ET SVFFICIAT Hic dat modum fiēdi illaz flebothomiā expulſam a ꝑncipio et fiendā in hora maturatōis.& dicit qđ dēt eſſe paulatina.nō plurima ſubito.ſed mō accipiēdo.z x.ul⁹ ſecūdū aliud pondus & modo.x.uel modo.5.& mō.5. ſecūdū corpoꝛ diuerſitatē.ut ſupra ꝺclarauimus ad h° ut per multā ac ſubitā euacuationem non cadat homo in ſincopim & defectū uirtutis.uñ malignetur eius anhelitus.& h° ē qđ dicit.& hāc flebotomiā factā in hora maturatōis Suffi ciat emiſſio frequēs etc̄.i.fiat in duob⁹ ul⁹trib⁹ diebus omni die accipiēdo aliqd ¶ Apparet g° ꝙ mſtū differt expoſi° mea ab expoſitiōe Dyni qa ego in ꝑncipio in quadaz ſquinātia nullā cōcedo flobothomiā.& facio illā paulatinā i hora maturatiōis illi⁹ ſquinātie ¶ Et dubitaſ ſic cōtra Dynū.ad qd ſ̄ſomas tēpore maturatiōis cū illa materia ſit magis a ſanguie ſeperata.et ſit iam quaſi ſanies uel putredo ¶ Dicendū ꝑ tēp⁹ maturationis poſſum⁹ intelligere duo tēpora. unū eſt circa finē augumēti.& tēpus ſtat⁹ quo ad accidētia in qb⁹ materia ebulit fortiter ut ſanieſ. Et hoc tēpore pōt eſſe neceſſitas ſ̄ſomie ꝙ a ꝑncipio fuit expulſa ſiue ꝓhibita.qa ex doloribus fortib⁹ ex hoc apoſtēate colerico ſanguis q eſt in uenis & maxie ꝓpinquis ebulit & corrūpitur.& trahi poſſet ſupflue ad ptē.& ſuffocare.cōpetit ergo ſ̄ſomia que ꝑus nō cōpetebat.et cū hoc etiā ſ̄ſomia ꝓhibet ne multa materia fluens capiat magnū locū & magnā faciat cauernā & plagā.Et ꝓpter ſimilē cām huic precipitur ſ̄ſomia in ꝑncipio collectōis apoſtematis ſton achi.& dicit in ſuo loco.ſi deus uoluerit.Aliud autē tēpus.maturatōis eſt cū materia.iaz fuerit maturata & apoſtema molliſicatuz.Et ceſſant accidentia quedā ſiue apoſtema ſit eruptū.ſiue non.& hoc tempore eſt poſſibile qđ ſit facta multa infectio ſanguinis in uenis partium capitis.& ꝓprie partium propinquarum loco apoſtemato ex quo malo ſanguine fermentato & infecto a materia putrida apoſtemoſa timendum eſt de coruptione partium. ¶ Vnde quidam ſunt mortui ex ſquinantia per uiā corruptiōis partium gule.ſicut etiam Raſis inuit tertio cōtinētis. Timēdū ē ēt ne nouū apoſtēa generet aut ſup ꝑpte apāta cōtiue cōfluat mā. euacuabit g° ꝑ ſ̄ſomiā uenaꝛ ꝑpiquaꝛ.aut cephalicaz aut eaꝛ q̄ ſunt ſub ligua.aut utraq; ſim⁹ ¶ Ex qb⁹ apparet qđ illa ſ̄ſomia ꝓhibita a ꝑncipio ñ ſemp oz fieri.ſz cū ꝑdicti caſus eueniūt.& iō oz qđ expōaſ. Et ſupple ſi ſ̄ſoia ē ꝓueniēs ſufficiat emiſio &c̄. Et pulcherri⁹ dixit. A.illū cañ.i generalib⁹ cañ.ſ.i ca° đ ſ̄ſomia q̄ hic. qñ dixit. Cuz aūt in eas ceciderint.i eaꝛ ꝑncipio penit⁹ ſ̄ſomia dimittaſ .Et ultio ſubdit.cuz aūt maturatio apparuerit.& egritudo principiū aut ſtatū ꝑterierit.Si oportuerit qđ minutio fiat.& nō fuerit qđ ꝓhibeat fiat flobohomia. Ecce qđ Aui. non abſolute ꝑcepit flebothoiaz ꝓhibitiuā i ꝑncipio fieri poſterius.ſz ſi oportuerit.cū ꝑ⁹ ñ oportuerit i ꝑncipio penit⁹.i.i ꝑncipio oīo.qa omnino ſit in materia cruditas & ſeperatio a ſanguine.ſz poſt principiū apparēte maturatiōe.imo ēt ſi ꝑ tranſiuiſſet ſtatus.tūc pōt fieri ¶ z° appet qđ ſ̄ſomia z^a q̄ fit poſt maturatiōez i nullo ꝑdicto rum caſuū ſit ꝑ materia q̄ ē cā cōiuncta ſquinātie.ſ. pro illa q̄ ſaniata ē.ſz pro materia que illi coadiungiſ. Ad quam intentionez Serapio prīo ſue pratice.i capi° de cura ſcde a mala cōplōe cū materia frigda dixit fiendam ſ̄flebothomiā. ¶ Si quis uellet etiam fantaſiari qđ materia que eſt cauſa coniuncta digeſta poſſit apte per flebothomiā euacuari que prius nō poterat nō ꝓhibetur ſibi.& hec ſ̄ſomia erat de uēa ꝑticulari.ut linq; ue.ꝙ prie tñ apud me eſt ſatis lōgin quū. ¶ Et ſimiliter illā lr̄am Dy exponit.qđ.A. uult ꝙ repercuſſiua gargariſmata adminiſtrēt poſt flabothomiā predictaz minoratiuā.ſz reſolutiua poſt eradicatiuaz. Et ē expoſitio intantū uera inquantū intelligim⁹ eo qđ gargariſmata repercuſſiua adminiſtrent i principio.& reſolutiua poſterius. ¶ Alio modo pōt exponi ꝙ per conſequentiā inducat quoddā ſimile.ut dicat ꝙ ſicut flebothomiā expulſam a ꝑncipio poſſum⁹ facere poſterius ita gargariſmata expulſa in ꝑncipio.poſſunt fieri poſterius. ¶ Conſiderandū qđ omnia gargariſmata.ſiue repercuſſiua.ſiue attra debent adminiſtrari poſt euacuationem factam.flobothomia uel farmacia uel.qūolibet aliter. ¶ Sed dubitatur utrum ſtante neceſſitate euacuatiōis materie i ꝑncipio ſquinātie antq̄ euacuem⁹ poſſum⁹ uti aliq̄ gargariſmate. Et uī ꝙ ſic per cōiter practicātes. ¶ In contrariū ē ſermo omniū auctoruz. ¶ Dicendū qđ ē hec queſtio ſimilis qua queriſ utrum in apoſtematib⁹ poſſumus apponere aliqđ repercuſſiuuz ante euacuationē.& quēadmodū uidetur cōiter qđ repcuſſiuo forti uti.nō poſſum⁹ ſed leui.uerbigratia oleo roſa.ita.dicendū qđ nō eſt ſecurum uti repcuſſiuis gargriſmatibus fortib⁹.ſed aliquo leui

ut aq̃ roſarũ forſan uti poteris. ſecurior tñ uia ẽ ꝓmitter̃ euacuatiões uꝑ diuerſiões. ET ꝺcol latiões. Hic põit cãz quare i pricipio nõ ꝺbe mus flobothomare ffomia aliq̃.z° enumerãdo accidẽtia z^m tẽpora ſqnantie oſtẽdit qũo flebo thomia male facta. ſ. uſq; ad ſincopiz ẽ cã malo rũ accidẽtiũ.z^a ibi. & multotiẽs. Cõſyderã duz in fine algaſamati & circa ptes collatoriz & duaꝝ amigdalarũ põt colligi purũ ffa diſtillãs a capite & apãre illa loca. Si g° ante declinatio nez ut ffomes. tũc flegma magis ꝺpuraf̃ & ma lignaf̃. & cõmotũ nõ ſic a uirtute re. ẽrũ poterit multiplicatũ curref̃ ad loca gutturis & ſuffocaf̃ & h° ẽ qꝺ diẽ ꝓfocatũ. i. i q̃ exiſtẽs fit ꝓfocatio. Et cõſydera qꝺ nõ dixit pp q̃d i declinatiõe faceres ffomiã. ſ. qñ materia ẽ digeſta. qa liz a ꝑncipio nõ cõueniat. ñ tñ neceſſariũ ẽ ꝙ poſteri^ cõueniat. ſz põt h° cõtiger̃ ut ſuꝑ dixi. Alia q̃dã lr̃a hz ante ꝺclinatiõez. i. ſtati i ꝑncipio ꝑncipiãte anteq̃ manifeſte appareat decliatio. ut appz ex ꝓdictis. ET MVLTOTIENS. Hic oſtẽdit q̃mõ ffomia malefacta. ſ. uſq; ad ſincopi ſiue copioſa. ẽ cã prauoꝝ accidẽtiũ. oſt ẽdẽdo accidẽ tia ſqnãtie z^m tẽpora. & qꝺ tẽp^ ꝓfocatiõis z^m ꝙ ẽ i ꝑncipio uel augumẽto ſcit̃ multotiens cũ eo. i. cũ ipſa ſquinãtia ſiue ꝓfocatiõe que ap paret in ꝑn° & i augumẽto. Dixit aũt mltotiẽs qa i ſqnantiis ueris factis circa ptes epiglotis nõ factis i ptib^ rẽotis ꝓpinqoꝝ ib^ ipi meri diſtã tib^ ab epigloti. & ſtat^ & declina° ẽ. ſ. coꝫta ex diſpõe degluticiõis. qa circa ſtatũ cõicatũ nocu mẽto meri fit difficilior trãſglutito i apoſtẽate ptiũ epiglotis. Similr̃ i declinatiõez etiã ꝓpter nocumentum cõicatum. & precipue ſi ptes ille ſint ulcerate. Et intelligit qꝺ i ſtatu quo ad acci dentia. & prefocatio eſt prauior. ſ. difficultas anhelit^ ſed cũ hoc adiungit ſibi difficultatem tranſglutiendi plus. His premiſſis Auic. oſtẽ dit qꝺ ffomia male facta nocet in hoc qꝺ augmẽtat accidentia mala. Et hoc eſt qꝺ dicit aug mẽtatur. d fficultas. ſ. anhelit^. aut caſus anheli tus. Et declinatõ. i. defectus ipſius anhelitus. & eſt ex duabus cauſis. uel qa apoſtema ẽ in aug mento. uel qa eſt facta ffomia ultima qua non ꝺ digebat. et hoc eſt ꝙ dicit et dũ perſeuerat in augmẽto. Et nõ ẽ neceſſariũ &c̃. i. dũ fit ffoia ultima non tamẽ neceſſaria eſt. Et iõ fit ſecundũ qꝺ diximus. qa ſufficiat facere partitionem in ffomia. Aĩr põt exponi in h° qꝺ dicit & aug mentaf̃ ueniat in declinatõe dicti hui^ ſtatus. et declinatio ſummit̃ ex diſpoſitione deglutitionis quia difficultas tranſglutiendi & declinatio. i. debilitas tranglutiẽdi augmẽtatur. ſ. cũ eſt ſta tus & declinatio. & iſta etiã augmentaf̃. ſ. dum ſtante augmẽto apoſtematis fit ffomia ultima que nõ eſt neceſſaria. qa ſufficiebat flebothoia quam diximus. Alia tamen littera reperitur que dicit non fiat. & tũc ẽ ſenſus. qꝺ lz apoſtẽa ſit in augmento terreat te augmentuz ꝓfoca tionis. Vnde uidetur ibi feſtinũ remediuz flebo thomia ultima. ſicut ultimari uidetur paſſio. ſi tamen non uides neceſſitatez euidentez non fiat ffoia ulti^a. ſed paulatina ſufficiat. Dy. uero totuz ſermonẽ ducit ad apoſtẽa exiſtens in fine algaſamati in quo circa principiuz & augmẽtuz timet̃ plus accidẽs prefocatiõis. qa materia tũc eſt in fluxu & ꝓpter fluxũ. qa locus ẽ ꝓpinqu^ cãne aliquid declinat ad locũ illuz cãne ex cuius deriuatiõe impedit̃ anhelitus & timet̃ accidẽs prefocatiõis ſed in ſtatu & declinatiõe qñ mate ria iam eſt collecta in apoſtẽate & nõ fluit. non timet̃ accidẽs prefocationis cuz illud apoſtema galſamati nõ fiat i loco ꝓfocatiuo. ſz tm̃ nocetur actus degluritiõis propter cõpreſſionẽ que fit i loco qñ fit deglutitio. Vnde aut prohiberur de glutitio. aut difficilis fit. & ideo qa timor eſt ꝺ ꝓfocatione ſiue ſuffocatiõe circa ꝑn^m & augmẽ tuz hui^ apoſtẽatis. & hũc timorẽ aliqñ flobo thomia augumẽtat propter agitationẽ quaz in materiã inducit. Ideo dicit ꝙ dũ pſeuerat i aug mento nõ eſt neceſſariũ ꝙ fiat ffomia. ſ. erradica tiua. & ſunt iſta uerba que diẽ ꝑmo can. fen 4.^a ca° de ffomia. ſ. & debes ſcire ꝙ duz ille egritu dines timent̃. & nõ in eas ceciderint &c̃. hec eſt mens Dyni. ET cũ ſquinãtia. Hic oſtẽdit qñ eſt ꝙ illa ffomia cõperit ifirmo oſtendẽs qꝺ fiendũ & quare & intendit in hac ꝙ ſquinantia fit in corpore nõ repleto. ſed in pribus gutturis fit repletio. & cũ hoc etiã nõ trahaf̃ materia ad gulã. & cognoſcit̃ ꝙ nõ ſentit̃ ibi extẽſio. tũc iſte tranſit ſine ffomia & illud ꝙ eſt fiendũ eſt qꝺ iſte nõ exponat̃ cauſis reſoluẽtib^. ſz ponatur in camera frigida. qa ſi poneret̃ i loco calido uel ẽt illic cauſe reſolutiue ſibi occurrerẽt. tũc illa face rent neceſſaria plurimã exhibit ionẽ cibi ꝑ nutri mentũ. & iſti non põt dari nutrimẽtuz. ideo pro hibeat̃ ſibi nutrimẽtuz. ut corp^ factuũ indigens utaf̃ ſanguine pro ſui nutrimẽto diuertẽdo a p te apoſtẽatis. & deinde facta uel ꝑcepta iſta die ta procedat medicus cũ medicis localib^ reſolu tiuis & maturatiuis. Et Auic. ꝓbat ꝙ ffoia non debet fieri. & patet textus. Deinde uadat. põt expõi dupliciter. ꝑmo uadat. ſ. ſan corporis. qa partẽ reſoluit & partez digerit. & apponat cor pus. uel uadat. ſ. cũ medicis. Sed tu dices qua re nõ dixit de repcuſſiuis. Dicendũ ꝙ forſã de ꝺit intelligi. uel qa iſtud apoſtẽa eſt factuz per uiã cuiuſdã congeſtionis cuius materia eſt plus apta reſolutioni uel maturationi q̃ repercuſſiõi. Conſydera textũ qui dicit. & nõ ſentit̃ extenſio. qa ſi corpus nõ eſſet plenũ. & ad ꝑtem materia traheret̃ ꝙ cognoſcit̃ per extenſionẽ ꝓcedentem

rius.ē enī propoſitio falſa.Licet enī ſit uerum qđ omnis muſcul⁹ moueat uolūtarie.tñ Auer. nó cōcedit ſibi illā.qđ omnis mot⁹ fact⁹ a muſculo ſit uolūtarius.qa musculus pōt moueri p uirtutē naturalē ñ cogniſcitiuā cui cōpetit ſic ſubiectū nō adequatū.qa ē i muſculis p arthariā datā a corde & ſpiritu ei⁹.& ex h° ceſſat p mū argumētū. Ad z^m dicēdū.qđ mot⁹ dicit naturaliſ.qa ſine cognitiōe f.r.tu aūt reducas ad quancū q; anie potētiā uis Et ſi uis reducer ad uitalē que eſt quedā naturalis.dicem⁹ qđ eius uirtute fit illa dilatatio pulmonis & pectoris in quātū ſunt mot⁹ naturales Hic aūt nolo michi caulari per argumēta logicalia quib⁹ dicet.hic mot⁹ nō ſequit animal. inquādū aial.uel iquātū uegitabile.ſz ſequit anial inquātū tal⁹ modi animal.ſ.habēs dextrū uentriculū cordis qđ eſt ſignū talis forme naturalis a qua fit mot⁹ ſine p̄meditatiōe & cognitiōe. Expedit ut uemā ad fondamēta opiniōis.Gal.quā Dynus ſuſtentat & ſoluit ratiōe: Auer Et ante ſolutionem rectaꝫ p̄mitto qđ Auer.non potuit uidere qđ mot⁹ qui fit ſine uolūtate eſſet uolūtari⁹.nec apuit ſibi unde diceret uolūtarius.nec mot⁹ qui fit cū uolūtate.i pariente diceret naturalis.& nō diceret uolūtarius imo uideret cōtradictio.

Cū ergo dic Dynus.mot⁹ uolūtari⁹ de intētiōe z^a pōt fieri ſine deliberatiōe ſenſata.nego illam Dū enī ē uolūtarius.neceſſe ē qđ ſit cū apprehē ſiōe ſenſata Nec tu uales dicer qđ lapis cadens ab alto moueret uolūtarie.qa aliqñ fuit mot⁹ ut portat⁹ uolūtarie Ad exēplū đ palpebra dico.q mot⁹ palpebre ē natural⁹ & uolūtari⁹ ſz forti⁹ ē natural.ſic dictū ē đ anhelitu Ad rōez que ē pulchra.Prīo ſoluat logyce .quia inſufficienter arguit.& nō tenet cōſequētia.qa motui naturali ſi addat uoluntari⁹ adhuc ſaluat naturalis.ſed ſi a motu uolūtario āmoueatur uoluntas.non pōt ſaluari rō uoluntarii motus Et iō non ſequit motus matricis ſit uoluntarie.& ē naturalis.ſ.motus cui uolūtas coniungit qa adhuc ē motus naturalis ſub illo uoluntario.et hoc ē uerum.Non tamē ſequitur.ergo ſi a uolūtario āmoueatur uolūtas ē uolūtarius.Exēplū ſi dealbabili addat illuminatio.nihilomin⁹ pōt dici qđ dealbat Nō tn ſequit ergo ſi ab illuminabili remoueatur illuminatio qđ illuminetur

Aliter phiſice qđ motus dicit uolūtarius q̄ fit imperio uolūtatis.taliter qđ exiſtēte noticia ſi non ſit uolūtas non fit motus & cuz uolūtas precipit fit motus .itaq; talis motus uolūtarius eſt liber imperio uoluntatis Motus autem locales qui ſequūtur apprehēſiones.ñ ꝓpterea dicunt uolūtarii.imo ſunt naturales ſequentes ex ordine tales apprehēſiones.ſicut motus mēbrorum ſencientiū ad cōtrahēdū ſe ſunt motus naturales.q̄a nō ſunt ab iperio uolūtatis.& iō facta p̄ctione & dolore.menbrū ſe ipſuz cōtrahit uelis nolis.Iſta tñ cōtractio motus naturalis dicit. Aliter pōt dici qđ motus matricis & ſtomachi ad expellendū nō ē ſemp.imo raro cū actuali cognitione Et iō ut plurimū mot⁹ eorū ē naturalis.& ſic cōiter tenet.ſz quando cōiungit actus ſepatiōis.tūc ē aliquo mō & iproprie uoluntarius.Et cū dicit.qđ iſtis mēbris datus fuit ſēſus.Dicendū qđ nō ꝓp operatiōes eoruz frequēter. imo a quadā ꝓprietate ſine noticia inclinat in obiectū fōdus ſtomachi & inteſtina & uene epatis et mēbrorum. Et cū dr q illa mēbra ñ mouēt ad apphēſionē iuuatiui & nocitiui. Dicēdū qđ uērū ē ad apprehē ſiōem naturalē.nō aūt ad cognitiuā noticiā.Et cū addi tur in plantis.nō ſunt iſti mot⁹ locales.qa nō ē in eis ſenſus Dico qđ h° qđ ē nō habere ſenſuz ē ſignū.nō tamē ē cā pp quā nō mouent locali ter.ſz cā ē.qa habēt talē foramā naturalē que nó meret motū.Et iō ſtomachū & matricem moueri localiter nō ē qa ſentiāt.ſz qa ſunt talia entia naturalia. Ad ſecūdā ratiōez cū dicitur motus animaliū ipfectoꝝ ē uolūtari⁹ Dicēdū qđ uez ē.& cū dicit qđ nō ſit cū apphēſiōe ſtati.nego.ſz ſicut illa animalia habēt fantaſias indeterminatas.ita ille mot⁹ ē uolūtarius non ꝓfectus.& nō fit p muſculos ſicut eſſe dicim⁹ de ꝓtibus deciſorū animaliū que mouētur.& pz z° de ania.cōmēto.z°. Sz tu dices.talē dicā motū anhelitū q̄lis ē animaliū iprefectoꝝ qui motus ē uolūtari⁹ cū ipfecta fantaſia & imagiatiōe. Dicēdū qđ h° nō ē poſſibile.quia illa anialia ex eoꝝ natura ſequit talis idiſtincta fantaſia.ut ſit q̄i cōiūcta ſenſui tact⁹ i robis.& in anialib⁹ pfectis ñ uer qđ illa fātaſia ide articulata repiat.qa fiāt eoꝝ mot⁹ uolūtarij Sed dices dicā qđ repitur ſaltē talis q̄lis i motu matricis ul ſtomahi quādo mouet cū triſtitia uel delicia. Dicēdū qđ illi mot⁹ ſunt ēt z^m illos q tenēt opinionē Gal.naturales Et tūc dicem⁹ qđ mot⁹ anhelit⁹ ē natural cui cōiūgi pōt quā doq; ſenſitiuus.& reddiret ad opiniōez Auer.

Ad tertiā ratiōez q̄ ē rō Gal.ſoluem⁹.ſic ēt Auer.ſoluit.Et prīo ordinabim⁹ ꝓpoſitiōes ſic Exīte neruo i pectore ē uolūtarius mot⁹.& h° i nuit Auer.cū dicit.inciſo neruo ē inciſum inſtrumentū uoluntarii motus.i.neruo exīte eſt uolūtarius in mēbro.& inciſo neruo ceſſat uoluntarius motus Et tūc inuit per ſilogizationē ergo cū pect⁹ moueat per neruos euidēter ergo mouetur uolūtario motu. Primo Auer.reſpondet logice & ſic.quādo aliqua res tenet aliquod predicatū per aliquod ſubiectum propoſitionis alicuius.nō ſequitur qđ ſi a re remoueat ſubictum.qđ propterea remoueat predicatū Exē

plū log'cale hō.aīal.nō hō nō aīal. Ita ī ppoſito
h° p̄dicatū moueri uolūtarie.uel nō moueri in
ppoſitiōe affirmatiua ul' negatiua tenet ab illa
re que ē pectus mouere mediante hoc ſubiecto
propoſitōis affirmatiue uel negatiue qđ ē ner
uus. Vnde dicimus.pectus mouet neruo exiſtē
te.& ceſſat motus neruo inciſo. Si ergo inferat
ergo neruus ē propriū principium in hac re.&
pectus nō habet ī ſe pricipiū motus.ſ3 totū ē a
uirtute uolūtaria q̄ ē in neruo.illa cōſequētia ē
falſa apđ Auer.qa a pector̄ l'muſculo remouēs
hoc p̄dicatū eſſe motiuū.uel principiū motus ē
per remotiōe3 ſubiecti.ſ.nerui in p̄dictis ppo
ſitiōibus quo ſubiecto affirmabas motū de pe
ctore.modo talis cōſequētia nō tenet. quia dato
oppoſito cōtis nō iterimit añcedēs.uerbi g̃tia.
cōs Gal.eſt pectus nō mouet niſi per uirtutē
in neruo.ita qđ neru⁹ ē pria cā in h°. oppoſitu3
huius ē.pectus mouet p uirtutē primā que nō
ē in neruo uel a neruo.iſta ppoſitio interimit
illā.pectus mouet exñte neruo.nō illā que diē
pectus mouet inciſo neruo. Stant enī ſimul pe
ctus moueri per uirtutē propriā que ē in neruo
& tū nō moueri inciſo neruo. Multa enī habēt
in ſe pricipiū motus que nō mouēt.niſi aliquo
extrinſeco cōcurrēte.qđ tam extrinſecū nō; eſt
principiū ppriū uel principiū in illo motu. Et ſi
qs cōſyderat quodāmō tenēs uiā Gal.ex oppo
ſito cōſequētiſ quidā īducit ſuā cōſequētiā. Et ī
ſumma in argum̄to Gal. eſt falacia cōſequētis.
¶ Al⁹ mod⁹ poſſet dari ad itroducēdū modū
Auer.& tu cōſydera. ¶ Tandem Auer. ſoluit
phice ſic.ſi incidāt uene ī collo.aut dormitarie
tur uel ſicut in apopletico ceſſat a toto corpore
motus uolūtari⁹.nō ergo ſequitur.iſti nerui &
uene ſunt principiū omnis uolūtarij mot⁹ i toto
corpore.cōſequētia ergo Gal.ē falſa. ¶ Alia
ſolutio declarans totū ē.qa neruus dat aliqua3
rē.qa uerbi g̃tia aliquē calorē q° cōpleť.i.iuua
tur hec operatio. Et quādo ledit neruus.ledit
hec operatio.nō tamen ſequit.ergo neruus eſt
prima cā in illa. ¶ Tertia ſolutio ē.cōceſſo qđ
impedito motu uoluntario.impediatur motus
anhelitus. Nō ſequit ergo qđ ois motus qui ē
in neruo ē uolūtarius.imo accidit motui natura
li qđ ſit uoluntarius.quia cōiunctus uolūtario
& hoc apparet in muſculo palpebre.cuius non
ois motus ē uoluntarius. Et cū dicit Auer.uel
lucrať.uult dicere qđ cōceſſo qđ muſculus mo
ueať ſolo motu uolūtario.nō hēt Gal.propoſi
tum.quia motus muſculi uoluntarius apud
Auer non ē a neruo.imo a corde.ſicut p3 in pre
cedēti c°.z° col'3. ¶ Ad illā rationē Dyni.que
dixit qđ pōt fieri motus uolūtarius per aſſue
factionē ſiē anhelitus naturalis. ¶ Dicēdū qđ
hitus iſti requirūt multos actus precedentes.

¶ Quid ergo dicem⁹ de infāte qui poſt exitū ab
utero anhelat dormiēdo. ¶ Ad aliud cū dr̄ qđ
hō mouet mēbrū aliquod nō p̄cogitās. ¶ Dicē
dū qđ ille mot⁹ ē naturalis ut cōdiſtiguit uolū
tario.nō ut cōdiſtinguitur uiolento de quo dať
exemplum. portatō lapidis a manu.eſt uolūta
rius motus. Si ergo manus det lapidi unam for
mā q̄ remota manu remoueať lapis nō diceret
proprie lapis moueri uolūtarie imo moueri pp
aliquā formā naturalē. ¶ Ad ſecundū de puero
qui mingit ī lecto. Dicendū qđ ſi nō ſit lubrici
tas aque imo uolūtaria expreſſio ibi ē uoluntas
manifeſta licet nō ſic ſicut in uigilia. Vnde ipſe
imaginatur locū in quo ſit bonum mingere.hec
declarabunt ſi deus uoluerit ibidem. Accipe de
is opinionē quā uis.tñ puto q̄ cōcordia ſit poſ
ſibilis.quoniā. G. in li° de diſnia illo c°. Scriptū
autem ē manifeſte.uult qđ uirtus uitalis ſit cā
efficiēs anhelitum.et ēt uirtus uoluntaria. Dice
mus ergo qđ Gal.uidit quedā menbra moueri
motu quo.nō indiget cerebrū.ut ſic moueāt.ſiē
matrix.ſtomachus. cor.& artharie.& illa mē
bra dxit moueri motu naturali. Vidit ēt quedā
mēbra non poſſe moueri per calorem uel uirtu
tem naturalē in eis.niſi cōiungať temperamen
to cerebri ſiē pectus. Nam quando i ſomno mo
uetur aut quando nō cogitamus.iſte motus nō
fit niſi cū aliquo temperamento dato a cerebro
iuncto temperamento dato a corde.& quare h°
qa ſunt talia entia. Nō ergo fuit ita fatu⁹ Gal.
qđ credet motū anhelitus in maiori parte eſſe
a uoluntate.nec qđ credeť fieri ſolo tēperamē
to cerebri. Sed quia uidit qđ concurrit tēpera
mentū cerebri q̄ cerebrū ē p̄ncipiū animalis uir
tutis apud eū.ideo dixit eſſe motū naturalē &
ſic uolūtariū. Cōſydera ibi. ¶ Secūda dubita
tio ē.utr̄ pulmo habeat motū propriū ul' ſolu⁹
ſequať motū pectoris.ſicut una ſpōgia clauſa ī
manu. Et in hoc eſt opinio Gal.qđ pulmo nul
lu3 propriu3 habet motu3.ſ3 in uacuitate dilata
tur quādo pectus dilatať. Fecit aūt Gal.de hoc
libellum qui diciť de motu thoracis & pulmōis
¶ Et prio oſtēdit qđ pulmo indiget thorace ī ſui
motu. Et arguit ſic.ñ inueniť qđ thorace exiſtē
te imobili moueať pulmo.imo i q̄buſdā caſib⁹
cū pijt mot⁹ thoracis.periţ mot⁹ pulmōis.ſed
pereūtib⁹ motib⁹ pulmōis nō ꝓpterea periţ
mot⁹ thoracis.g° pulmo indiget thorace in ſui
motu.& thorax erit priceps mot⁹ ip̄i pulmōi
z°. G. ul't đclarať qūo ē pricipiū illi⁹ mot⁹. Nā
pulmo nō apparet ligatus undiq; thoraci ligatu
ra.qua thorax utens poſſit undiq; dilatare pul
monē.imo ſunt abſoluti.& pulmo pēdet in tho
race.ſicut in quodam continente. ¶ Difficile ergo
uidetur excogitare cauſa3 motus. Et tūc diť. G.
qđ hoc fit.quia dilatato pectore pulmo dilatať

ui uacui per quandã consequentiam.sicut cũ si stula suggẽdo cũ ore trahit aq̃ p longũ spaciũ sursum contra aque naturã.Magna enim ẽ potẽ tia a uacuo tractiõis.Hoc aũt declarat signo.qa si uulneret pectus ita qđ aer iret & stet in me dio pulmonis & thoracis.tũc pulmo nõ mouet qũo enim poterit moueri cũ sibi deficiat cã p quã mouebat.¶ Erat aũt talis cã.qa nihil põeret i me dio inter thoracẽ & pulmonẽ.ut thoracis motũ pulmo assequeret.Si ergo intrat aer.pulmo qe scit & nõ dilatabit.hãc eadẽ sentẽtiã ponit 4° đ interioribꝰ.3° cap°.& 9°.de utilitate particula rũ.cap° 9°.& Haliab.sequit eũ 3° teorice.cap° de assignatiõe pulmõis.¶ Dynus uero sequẽs in hº Ga.nũdũ uiderat illũ libellum de motu thoracis.Ideo conat aliꝭ ratiõibꝰ fundare illã opinionẽ.& arguit sic.Si pulmo habꝫ propriũ motũ.aut essꝫ uolũtariꝰ.& hº nõ qa talis ẽ qui fit per neruos & musculos qui nõ sunt in pul mone.aut ẽ naturalis.& hº nõ quia tales motꝰ sunt circa alimẽtũ.& spũuꝫ generatiõeꝫ.ut cor dis motꝰ.¶ Amplius.qđ nõ habꝫ uillos.nõ hꝫ ppriũ motũ localẽ.quia oĩs motꝰ localis fit per uillos lõgitudinales latitudinales & trãsuersa les.ut Gal.3° de uirtutibꝰ naturalibꝰ.& Auic. pria fen primi.caº de neruis In pulmõe aũt nõ sunt uilli.gº pulmo nõ mouet motu ꝓprio .sed assequẽs motũ pectoris.Vñ.A.hic.Et cõsequẽs .s.ẽ pulmo motũ eoꝝ qbꝰ circũdat.¶ Alia est opinio Auer.zº calꝭ.caº de iuuamẽto instrumẽ toꝝ anhelitꝰ.ubi dicit ꝙ tã pulmo q̃ pectꝰ habẽt ꝓprios motꝰ per uirtutẽ anime i eisdẽ .sed isti duo motus sunt ordinati & cõiũcti sic qđ unus sine altero nõ mouet.& cũ cessat motus unius cessat motus alterius.nõ tamẽ qđ motus unius sit cã motꝰ alteriꝰ.imo qlibet hꝫ qđ moueat a sua uirtute alio motu.Et in hº Auer.nõ adducit alias rões.nisi qđ i ꝓcessu declarãdo innuit hãc rationẽ.qđ si motus pulmonis esset sicut dicit ¶ Gal.tũc esset eius motꝰ p uiolẽtiã.& sic motꝰ artificialiũ.qa esset p.principiũ extra qđ uiolẽ tiã infert.& iõ uult qđ motus in ipso anhelitu est per uiã que ẽ in corporibꝰ naturalibꝰ.s.per uirtutẽ datã in eis datã a corde.s.per uirtutẽ naturalẽ datã pulmoni.& p uirtutẽ uolũtariã datã musculo.licet etiã cũ hoc detur musculo motiua naturalis.ut supra diximus in zº đ ania cõmento.8ª.¶ Innuit Auer.aliã ratiõeꝫ .pul mo desyderat extrahere aerẽ calidũ.ergo mo uetꝫ per uirtutem in se.& nõ solo pectore .con sequentiã intelligit Auer. notam. quia sicut na tura preuidit mẽbro de notitia finis.ita etiaꝫ đ possibilitate ꝓsequtiõis finis.¶ Soluit aũt Auer.ratiões.Gal.Q ñ enim dicit ꝙ moto pecto re mouet pulmo.& pectore ñ moto qesscit q̃ doq; pulmo.Innuit Auer.ꝙ hec cõsequẽtia nõ ẽ bona.quia si quis argueret ꝙ pulmo sit prin cipiũ motus pectoris ex hoc qđ pulmone ñ mo to nõ mouetur pectus.ñ diceremus qđ illa eẽt bona consequentia.posito qđ sic eẽt.quia possi bile ẽ qđ non moto uno moueatur aliud.& tñ unuꝫ non.sit cã motus alterius.& in hoc perdi dit Gal.mouentꝰ ergo ambo simul.sicut in uno globo.& tamẽ unũ nõ est cã alteriꝰ.¶ Et uero qđ uulnerato pectore cessat motus pulmonis. ¶ Rñdet Auer.& multi alii qđ posset hoc eẽ.qa infrigidat pulmo.¶ Hanc solutionẽ conat Conci liator remouere differentia.99ª.dicẽs qđ non statim infrigidat pulmo uulnerati.Auer autẽ responderet qđ secundũ gradũ infrigidationis & nocumẽti eius ẽ gradus cessatõis eius a mo tu.Et quia aliquis posset dicere qđ si pulmo hẽt principiũ motus.quare inciso neruo ueniente ad pectus cessat motus pulmonis.Rñdet qđ p incisionẽ nerui acquiritꝰ pectori mala cõplõ que põt cõicari pulmoni per colligantiã quam hẽt pulmo cũ pectore.Vna enim rerũ pp quaꝫ mẽ bra egrotant ẽ colligantia.¶ Soluit aũt Auer. ad rationẽ Dy.Dicẽdo.qđ motꝰ pulmõis ẽ na turalis sine deliberatione.& dat sibi illa uirtꝰ & calor quo mouet a corde.& qđ finis eius ẽ tẽperantia caloris in corde.& dicit qđ non oĩs motus fit per uillos.aut qa ibi.sunt uilli artha riarum & uenarũ in quibus sunt principiũ ho rũ motuũ.Tu aũt tene in hac questione partem quã uis.¶ Tertia aũt questio ẽ an motus anhe litus sit solius dyafragmatis.& uꝝ qđ nõ quia uelox & fortis ẽ alicui homini naturalis.sed tñ nõfit solo dyafragmate.ut innuit Auic.¶ In contrariũ ẽ Auic.& Gal.4° de interioribus.3° & 4° cº.¶ Hanc dubitatõeꝫ soluit Gal.in libº de causis respirationis.& uult qđ respiratio. quedã ẽ uiolenta.& quedã non uiolenta.Et ista ẽ naturalis apud Auic.& equalis.Et qa respi rario.aut ẽ inspiratio.aut est expiratio secundũ hoc sunt quattuor partes respirationis.Respi ratio enim significat inspirationẽ.i.dilatationẽ & expirationẽ.i.constrictionẽ.Inspiratio ergo. aut ẽ uiolenta.& ista non fit solo dyafragmate imo iuuat musculis.s.pectoris superioribus dilatatiuis.Aut ẽ naturalis nõ uiolenta & illa fit solo dyafragmate.& exprimitꝰ in nobis ꝙ qu ãdo quiescimus & bene disponit non appꝫ aliquis motus manifeste.nisi circa loca dyafragmatis.Ex piratio aũt.aut non ẽ uiolenta sed naturalis.& uult Gal.qđ fiat per musculos qui sunt secũdũ epiglotũ.i.uentrẽ qui sunt ad reducendũ pectꝰ dilatatũ.Aut ẽ uiolenta.& talis ẽt fit a muscu lis costarũ quorũ operatio est constrictio .Ista sunt dicta a Gal.& tu accipe ea si placꝫ.sũt enim dicta p experientiã inuẽta.¶ Ad cõtraria dicẽ dum qđ sermo ẽ de hoie tẽperato uꝝ in hoibus

habēt̄ib⁹ ſanitatē ualde ꝓpinquā morbis. Vn̄t anhelitus uelox & fortis q̄ nó ſit multū excedēs poſſet fieri a ſolo dyaſtate. ¶ Quarta dubitatio ē. qđ ſit pricipali⁹ organū i motu r̄ſpiratiōis an pulmo. an dyaſta. In hac queſtione oportet redire ad ſecūdā queſtiōez qa. z^m opinionē ¶ G. q̄ tenet pect⁹ eſſe pricipiū mot⁹ pulmōis pect⁹ .ſ. & dyaſta ſunt organuz pricipalius. z^m uero Auer. pulmo. qa ſtatiz recipit aerem & ꝓparat illū cordi. & expellit fumos ē organū pricipali⁹ pectus aūt erit ſicut loc⁹ in q° h° fit & cōſeruat cor & pulmonē. ¶ Ista queſtio ē. utr̄ genera anhelit⁹ ſint plura q̄ genera pulſus. Videt̄ qđ nō. qa Ga. i libro đ diſnia eodē modo diſtiguit dr̄ias & cauſas pulſus & anhelit⁹. ¶ Ampli⁹ totidē cōponūtur ꝑtib⁹. & ad eūdē ſunt finem. ¶ In cōtrariū ē Auic. qa ſupra de dr̄ijs anhelit⁹ poſuit facilē & difficilē. que diuerſitas nō ponitur in dr̄ijs pulſuū. ¶ Dicēdū ut declaraui in expoſitiōe tex. illi⁹. qđ ꝓbabiliter pōt teneri qđ anhelitui addit̄ unū gen⁹ anhelit⁹ qđ nō reperitur in pl̄ſu. ſ. facilis & difficilis. qa iſte nō eſt tardus & uelox. licet multū cōcurrat. Ineſt aūt hoc anhelitui. qa ē motus qui pōt per uolūtatē alterari. & pōt cū bona & mala ſenſatiōe fieri. qđ nō cōtingit in pulſu. ¶ Ad cōtraria dicēdū qđ Gal. nō negaret h°. ¶ Ad z^m patet ſolutio. ¶ Sexta dubitatio ē quis motus ē prior i anhelitu. an dilatatio. an cōſtrictio. ¶ Cōis. aūt modus dicēdi ē. qđ dilatatio ſit prior. Declarat̄ aūt ex ſigno ſuffocatorū in aqua qui prius querūt attractiōez aeris. z° quia cōſtrictio nō ē niſi ad expellēdū prius tractū. 3° quia attractio ē propter cor. ſicut cōſtrictio ꝑpter pulmonē. ſz mot⁹ propter cor eſt prior. Et illa ē ratio Auer. z° đ anima. cōmēto. 79°. ¶ Ia aūt ad cōtrariā partē ſeu rationez difficilē ſupponendo qđ in principio generatiōis. cor generetur cum ſpū debito debite tēperato. aut qđ in eo ſperma ponat ptē aeris uel uaporis temperati. Primū ergo ad qđ cōuertet̄ ē ad diſtemperamētū propter fumos quia cor eſt in tali diſpoſitiōe i q̄liē quādo eſt dyaſtolatū. ſz a dyaſtolato eſſe cōuertit̄ ad diſpoſitiōem neceſſitātem ad ſiſtolē. ergo prim⁹ motus cordis erit ſiſtoles. & ſic pōt probari de anhelitu. hic obmitātur illa. ¶ Sunt uero ꝑter has queſtiōes alie. ut q̄s mot⁹ in uita ſit magis neceſſarius. & cuius ſignfiicatio ſit certior. an pulſus. an anhelitus q̄s hic obmitim⁹. ¶ Q cōnem uero an temperies calidi ab aere tracto ſit per infrigidatiōem poſitiuā. an qūo. hic obmittem⁹ etiam. quia de ea diffuſe ſcripſimus ſupra. z^a primi libri in tractatu noſtro de cōſeruatione ſanitatis. &c̄.

Fen.

¶ Anhelitus. Iam preceſſit ſermo generalis in anhelitu ¶ Hic i ſpeciali exequit̄. Et primo determinat đ oībus generibus anhelitus et cāis & q̄nq̄ ſignis & diuerſitatibus eorū ſecunduz etates cōpl̄ones & alia. z° determinat de quodā ſpeciali malo anhelitu qui dr̄ aſma ponit ei⁹ ſigna cās & curā et curā aliaꝝ ſpēz mali anhelit⁹ Ibi z^a Aſma. pria induas. Primo determinat de oībus diuerſitatib⁹ anhelit⁹ ſecūdū ſuas dr̄ias dictas z° de diuerſitatibus ſecunduz cauſas. ſ. compl̄ones etates &c̄. z^a ibi. pueri quidē. Pria in duas. Nā genera & diuerſitates anhelitus. quedā ſunt que poſſunt repiri in ſanis & egris ut magnus & paruus. & quedā ſunt que ut plurimū reperiunt̄ in egris. Primo ergo determiat de primis dr̄ijs anhelitus. z° de ſecundis. z^a ibi malicia anhelitus. Prima pars habet partes tot quot ſunt illa genera ſiue dr̄ie anhelitus. Primo ergo determinat mađgno & paruo. prio ponēdo quis eſt talis & cauſas eius. z° ſigna ſecundum diuerſitates cauſarū. z^a ibi. ſigna quibus. Pria in duas primo oſtēdit quis anhelitus proprie dicit̄ magnus. & ponit eius cauſas. z° quia ſepe uſus. fuerat hac ꝓpoſitione. mēbra oia pectoris & uicina. ſiue oēs lacerti pectoris q̄nq̄ mouent̄ inueſtigat cās eius. z^a ibi. & cauſe in hoc. Prima in duas. prio declarat abſolute quis ē anhelitus magnus ꝑprie. & quis nō. & illius cauſas. z° declarat hoc quantū ad ſpeciales partes .ſ. ſiſtolē tantū. uel tantū dyaſtolem. z^a ibi. & q̄nq̄ non diuerſificat̄. Prima in tres. prio premittit quis ē proptie anhelitus paru⁹ & magnus z° ponit cās. 3° aliorū errorē remouet. z^a ibi. cauſe uero. 3^a ibi. & eſtimat̄. ¶ Conſyderandū qđ ſecundū Gal. in h° de diſnia in princ°. dr̄ie anhelitus ſūt ſecundū modū dr̄iarū pulſus. ut ēt ſupra dixit Auic. ſicut etiam pulſus magnus eſt in quo ſecundum. omnem dimenſionem diſtrahitur aretharia ſupra equalem. Vnde multum' contingit aerem trahi. ita in anhelitu. ergo magnitudo anhelitus eſt ex hoc quod trahitur ualde plurim⁹ aer. & in quo membra oia. anhelitus ſecūdū oēz dimēſionē ſuperabūdāter diſtrahuntur .ſ. z^m longū latū & profundū ſiue altū. Et finis in h° ē propter magnitudinē ei⁹ qđ trahit̄. ſ. ꝑpter multū aerē. ergo anhelitus paruus eſt econtra. ¶ Ex h°. n. ꝑprie dicit̄ qđ ſit magnus. Vnde Gal. in libello de diſnia. ca° illo. qualiter aūt & ē. dic̄ qđ ſicut ꝑpter tumorē uentris nos nō cōiectuamur de multitudine cibi ſz ex ciborū quātitate ita per reſpiratiōis quātitatē nō debes iudicare quātitatē. ſcilicz motiuoꝝ mēbroꝝ. Et qa. A. apropriauerat anhelitui magno i motu dilatatōnis. ideo dixit qđ ſimiliter ē in ptē attractiōis. i. in ſiſtole. qa magn⁹ ē anhelit⁹ qui expelit aerē

ualde plurimū ſupra equalē. Et cū hoc cōſtrin
guñt mēbra anhelitus i omnib⁹ partib⁹ ſupera
būdanter ꝓpter magnitudinē eius qđ extrahiť
¶ Cōſyderādum aut qđ hº equale ad qđ iſta
referūtur ē equale. ſ. in ſpecie tēperati hominis
anhelit⁹ & equale ꝓpriū huic. Cāe uero omnes
p̄dicte in capº de cautis pulſuū libro prio. ſunt
fortitudo uirtutis. obedientia inſtrumenti. &
neceſſitas addita. quando enim iſta ſunt. magn⁹
fit pulſus & fit anhelitus magnus ¶ Q uomodo
aūt illa uariañt in anhelitu ſic in pulſu. & omis
difficultas que ibi cadit. hic poſſ3 adduci. & ſic
eſſet ſermo prolixus. ¶ ET eſtimañ. ¶ Prio
p̄mittit errorē. 2º remouet. 3º ifert qs ē anhelit⁹
uere magn⁹. et qs ñ uere 2ª ibi. & illđ ñ ē 3ª ibi
uex o3 ¶ Q ui fuerūt iſti uiri ñ iuēio. Nā. G. nō
fuerit qa ē illiua opinionis cuius ē Aui. Ratis tñ
dicit hoc eē dictū de 3º epidimiarū. Vnde dicit
4º cōtinentis. cº. de anhelitu in principio de 3º
hº epidimiarū dixit. qđ in magno anhelitu mo
uetur pectus in toto. ſed in paruo non; mouet.
niſi dyaſtr ſolūmodo. et forſan qđ fuit Gal. qui
tunc erauit. tamen rectificauit ſe. ut ex 4º de in
terioribus. 7º. cº. intelligi pōt. ¶ ET ILLVD
¶ Inducit cōtra hanc opinionē tres rōes. Prima
ē motus qui completur ſolo dyaſtate. quandoq;
ē paruus. & quādoq; ē equalis. ergo nō abſolu
te i. uniuerſaliter ē uerū qđ anhelit⁹ equalis nō
indiget. niſi motu uelāinis. i. dyaframgatis. Prio
gº pōit cōſequētiā 2º añs. 3º probat añs. quia
anhelitus eq̄lis nō indiget niſi motu dyaframa
tis qñ dyafragma eſt forte in uirtute. & ſic per
ei⁹ ābilitatē pōt fieri anhelit⁹ paruus. Preſup
ponit aūt notū qđ dyfragma forte i uirtute poſ
ſit facere anhelitū equalē ex dōo ſuperi⁹. ſ. qđ
anhelit⁹ naturalis equalis uacui a nocumēto mo
tus cōpleť motu uelaminis. & uideť hº ſenſibile
nec aliter ꝓbabile. ¶ ET quādoq; ¶ Hec ē 2ª
ratio. & arguit ſic. ſi anhelit⁹ eſſet puus. qa eēt
fact⁹ a ſolo dyafragmate. ergo ab omnib⁹ mē
bris pectoris fact⁹. i. dyafragmate et aliis muſ
culis eſſet anhelit⁹ magn⁹. cōſequētia ē nota. &
tūc Aui. deſtruit cōſequēs. ¶ Et pº pōit ei⁹ đſtru
ctiōem 3º. 2º ꝓbat. ibi 2ª. cū ſunt. ¶ Dicit prio qđ
anhelitus factus a motu omniū mēbrorū pecto
ris ē paru⁹ aliquādo. & hº ē quādo omnia mē
bra pectoris ſunt đbilia i mouēdo. & i hº inuit
Aui. ratiōem hāc. Nā mot⁹ anhelit⁹ nō deb3 dici
magn⁹ quādo omnia mēbra mouētia ſunt đbi
lia. ¶ S3 quādoq; hoc ē qđ l3 oia mēbra pecto
ris moueañ omnia tamē ſunt đbilia i uirtute.
¶ Et cū dic nō enī. Inducit ſecūdā rōem ad ꝓbatio
nē oppoſiti cōſequēt. ſ. ſic ad đſtruēdū cōſequēſ
& arguit ſic. Ad anhelitū qui eſt homini neceſſa
rius quādoq; nō ſufficit ſolū uelamen. immo ē
neceſſariū ut omnia membra pectoris uelamini
aſſocientur in hº anhelitu perficiendo. ſed talis
anhelitus quāuis ſit neceſſarius nō tamen eſt
lis. imo eſt inequalis puus. ē gº anhelitus. q̄uis
oia mēbra pectoris moueañ. ¶ Conſiderandū
qđ Aui. propōnes ſenſibiles nō curauit ꝓbare
ſicut fuit illa. ¶ Neq; ſi neceſſarius ē. anhelitus
ē equalis imo ē tantū euidēs qđ Auic preuenit
in probatione eius. & ſcriptura feſtinus ad ea3
debuit enim ſic ſcribi. Q ñq; nō ſuffi. cit uelamē
ſolū ad anhelitū qui ē neceſſarius imo ē neceſſa
riū. ut oia ei aſſocieť. ſ. qñq; in hº anhelitu neceſ
ſario. nō tamē ſi ē neceſſarius eſt equalis. immo
pōt eſſe infra equalē. Exemplū ſenſibile huius
ē hoc ſit magnus anhelitus in cōplendo neceſſi
tatem in quantitate. a. equalis. b. paruus. c. Sit
aūt. c. huic hōi neceſſariū per quātitatē ſui calo
ris. & uirtus dyafragmatis nō poſſit tantum
trahere aerē qđ cōpleat. c. Iuueť igiť in hoc ab
oibus mēbris pectoris ergo uelamē cū ſocietate
omniū mēbrorū fecerunt anhelitū. c. q̄ ē paruus
¶ AMPLIVS. Hec ē tertia rō que probat qđ
licet omnia mēbra pectoris moueañ nō ꝓpter
hoc anhelitus ē magnus. & in hoc Auic. arguit
ad pricipale. & probat qđ dixit de deſtructiōe
conſequentis in 2ª ratione. & arguit ſic. oibus
mēbris āhelitus motis q̄ñq; nō ē tanta ſufficiē
tia ad attrahendum & emittendum aerem q̄ta
ē a ſolo dyafragmate exñte icolūi ſano et forti
ergo anhelitus ab oibus mēbris pectoris fact⁹
non ē magnus. Et quia antecedens euidens. ideo
¶ Auic non ꝓbauit. ſ3 firmauit dicēs. Q uoniā
nō eſt. Et quia proteruus diſputator diceret ne
dum omnia mēbra pectoris. imo ſolum unum
mēbruz pectoris ab alio auxiliatū facit magnū
anhelitū. iō Auic. abiicit eū dicens. qđ neq; &ē.
unum mēbrū pectoris q̄ñq; poteſt facere dila
tationem integram. i. equalem neq; magnam.
hoc ē qđ dicit. neq; illius quantitatis. Vel legať
ſimul. neq; illius quantitatis. ut quādo &ē. ET
¶ ILLVD. Probat per rationem. Penituit enim
Auic aroz āter dixiſſe quoniam non eſt. Et ideo
dicit qđ cauſa propter quam omnia membra
pectoris non faciunt quandoq; ſufficientē anheli
tum. ſicut pōt facere ſolū dyafragma ſanū. Si
militer nec unum ex illis mēbris cū auxilio alte
rius ē duplex. Vna eſt debilitas uirtutis. quia
cōtingit quādoq; omnia eſſe debiliora ſolo dya
fragmate. Alia cā ē cōſtrictio uiarū pulmonis
¶ Vnde l3 mēbra ſint fortia ad dilatandū tamen
pulmo nō pōt recipe aerē neceſſariū pro euēta
tiōe. & tūc inducit exemplū de peripleumonia
in qua cōtingit quādoq; omnia mēbra pectoris
moueri. & anhelit⁹ nō ē ita magn⁹. ſicut quādo
fit a ſolo dyafragmate ſano & icolumi. Et mul
tiplicauit Aui. uerba. ut oſtēderet bonā diſpoſi
tiōem dyafragmatis i omnib⁹ iō dixit icolume

fanū forte. ¶ Verū oportz ſi anhelitus puus n
ē qui fit ſolo dyafragmate. nec magn⁹ proprie
ē in quo omnia mēbra pectoris mouēt. oz deter
minare qs ſit anhelit⁹ magn⁹ uere & uere pu⁹
¶ Et primo facit h°. z° qđd ā dictū pluries aſſum
ptū declarat. z^a ibi. quādoq; cōſequitur. ¶ De
prio dic qđ anhelitus ē magnus in quo multa
quātitas aeris attrahit & expellit. & h° ſit cuz
motu omniū lacertor̄ pectoris. & mēbror̄ omni
um que ſequunt. ſ. lacertor̄ uētris & ſpatulaꝝ
& nō cōuertit ē mot⁹ omniū lacertor̄. g° ē ma
gnus anhelit⁹. imo nō ē magnus. niſi habēs has
cōditiōes. ſ. qđ omnes lacerti moueāt motu ulti
me dilatatiōis & ultie cōſtrictiōis. & qđ traha
tur pⁱrim⁹ ae ¶ Et paruus. ē illi oppoſitus. quo
ſit oppoſit⁹ dicet ifra. ¶ Et qnq; ¶ Quia ſepe
dixerat omēs lacertos pectoris & eoꝝ q ſequūt
moueri. declarat h° ponēdo terminos. Et cōſyde
ra qđ dixit dilatando. qđ manifeſtius apparet
nobis in dilatatione q̄ in conſtrictione. tamen
in utriſq; contingit quod ex uehementi motu &
forti conatu apparuit moueri quas partes.
Auic pōit. ¶ Ad furcula s. ſ. ſuperiorē et iferio
rem. uel ſunt due. ſ. duarū ſpatularū. ¶ Nari
bus. dilatāt eni foramina naris credētes ēt ſe iu
uari inde. Et ſunt ſermones Gal. 4° de interiori
bus. 4° & 7° c°. Et Raſis 3° cōtinentis. c° de an
helitu. Conſiderandū ēt qđ in magno anhelitu
ē dare gradus. Cū enim oēs lacerti pectoris &
uiciniantiū mēbrorū mouent & mult⁹ aer attra
hitur in ultio multitudis. tūc ē ultime magnus
ſz q ē ifra h° i quātitate aeris et lacertorū motu
. ſ. quāuis nō oēs moueant uerbigr̄ia ñ moueāt
lacerti ſpatularū adhuc anhelitus pōt dici ma
gnus reſpectu equalis. & ſic tollit quedā cōtra
dictio que uidet cadere inter Auic. & Gal. 4°
de interiorib⁹. 4° c°. ubi anhelitum magnum in
quo mſtus aer atrahitur dixit fieri abſq; motu
lacertorum ſpatularum quandoq;. ¶ Sed ē du
bitatio. Vtrū ſolo dyaſſatis motu. poſſit fieri
anhelitus magnus compatus ad aerē plurimū
. ſ. quia multus aer trahit. ¶ Dicēdū qđ nō ut
qđ phibeat ſolo dyafragmate conante ad attra
hendū qđ fiat attractio aeris multi. aut plurimi
ſuper equalē. Eo tñ ſano forti & incolumi non
conante uidet qđ faciat equalē. Si tñ ſolū dya
fragma pōt facere conatū poterit facere anheli
tū magnū. ſ. in aliquo manēte equali. Sz ſi dya
fragmatis conat⁹ neceſſario ē cū motu aliquor̄
alior̄ muſculor̄. & tūc nō poterit ſolū dyafrag
ma facer̄ anhelitū magnū. In. h° aūt nō pōt ad
duci rō cogens ad alterā ptiū ut credo. ¶ Quā
doq; uero ¶ Declarat cāz magnitudis & puita
tis tātū in dyaſtole. uel tātū in ſiſtole ¶ Et prio
facit h°. z° pōit ſignū anhelit⁹ pui in attractiōe
& magni in expulſiōe. ibi z^a. & quādo. Prima i

tres. primo premittit diuerſitatē inter magnitu
dinē & puitatē. z° generalizādo ad alias dr̄ias
motus dat cāz generalē. 3° applicat ad magnitu
dinē & puitatē. ibi z^a. & mot⁹. ibi 3^a. & q̄litas.
¶ De z^a parte dic qđ mot⁹ qui ē additus z^m
quācūq; qualitatē q̄ maiorē habet neceſſitatem
equatiōis. i. tēperātie caloris. ¶ ET qualitas.
¶ Hic ſpāliter loqtur de magno & puo. & ſum
mit modo qualitatē Aui. pro ptib⁹ anhelit⁹. q̄
ptes ſunt duo mot⁹. & dic qđ ps mot⁹ magis
neceſſaria ē fortaſſe dilatatiō. cuius neceſſitas ē
cū introitu. & intelligit qđ fortaſſe ē cū exitu ex
cōſtrictiōe. Ideo dixit fortaſſe. Q uecūq; g° eaꝝ
q̄litatū mot⁹. ſ. ſuaruz partiū mot⁹ eſt magis
neceſſaria ipſa eſt. maior. ¶ Conſyderandū ta
men qđ licet z^m quancūq; qualitatem. i. dr̄iam
motus. uel z^m quancūq; qualitatem. ſ. anhelitus
fiat maior neceſſitas. z^m illā fit additio dr̄ie z^m
partem anhelitus. ſicut in pulſu ordinate adue
niunt ¶ Vnde ſtante uirtute & obediētia iſtrumē
ti. ſ. partiū pectoris. primū qđ aduenit addita
neceſſitate ē magnitudo. z° uelocitas. 3° frequē
tia. & quecunq; dicunt de pulſu in hoc pōt hic
affirmari. ¶ Et quando. ¶ Cōſidera hic ſubti
lē modū loquendi Auic. cū nō fuit cōtentus dice
re extranea caliditas ē addita. quia ſermo ſuus
fuiſſz falſus. Nā qñ caliditas extranea ē gradua
liter ādita. & nō pendet ab hūore. lz naturalis
ſit diminuta. ut in ethica ſecūde ſpēi adhuc per
ſe anhelitus ē maioris dilatationis q̄ cōſtrictōis
ſed quādo caliditas naturalis ē diminuta. & z^m
gradū eius diminuta ē accidētalis. & calor acci
dentalis nō ē factus. imo fiens & pendēs ab hu
more putrido a quo multi uapores mali cōſur
gunt. & tunc ē neceſſitas magne cōſtrictōis. ut
fumi pellant̄. non tñ requirit̄ fortis ifrigidatio.
qa ſunt in calore diminuti. & ió non attrahunt
multū aerem. Ex hoc pz in fe. putridis maligni
i quibus ad tactū nō appz caliditas fortis acuta
Et totū hoc Auic inuit cū dixit. intrās. i. fiens. Et
iſti ſūt ſermones Hali. i tegni tractatu z°. cōmē
to. 79°. ſuper illo uerbo. & quādo uincit ſuper
cor humiditas. ¶ Et cauſe in hoc. ¶ Quia iaz
dixerat in anhelitu magno omnes lacertos moue
ri. & qñq; omnes mouent̄. & tñ nō eſt magnus
¶ Voluit hic dare cāz pp quā homo laborat & co
nat̄ admouendū oēs lacertos quos oēs mouens
qñq; facit anhelitū magnū cū cōiūgit̄ illis motis
multas aer. Quandoq; uero facit eum paruum
uel non magnū quādo paucus trahit̄ aer. Et p°
premittit numerum cauſarū in hoc. z° declarat
ibi. z^a. ipſa enim. ¶ Affliguntur. ſ. quia conat̄
omnia mouere. ¶ IPSA ENIM. Hec habet
quattuor ſecundum qđ quattuor i genet̄ ſunt
cāe. z^a ibi. āt propter cām debilitatis. ibi 3^a. aut
ppter cōſtrictiōez. 4^a ibi. aut ppter negligētiā.

Prima cā ē magna neceſſitas ex magna flam
ma.unde tot⁹.& cu omnib⁹ mēbris laborat.ut
euenteſ. AVT ppter Hec ē cā 2ª.ſ.đbilitaſ
ſiue defectus lacertoꝝ mouētiū pectus.Vnde ñ
pōt per unū dilatatio compleri uel cōſtrictio.ſʒ
omnes ſimul aſſociāt.Iſta aūt debilitas lacerto
rum.aut ē ppter cōitatē.aut ppter egritudinē
apropriatā ipſis met muſculis.Et de hº Aui.nō
plē.quiē dec larādo.ſʒ đclarat.illā que ē ppter
cōitatē.& diē qđ illa cōitas ē.ul'in pricipio.ſ.in
ipſo corde.qa debilitāt ppter defectuʒ cordis
ut in fine ethice uerſus mortē & ptiſiʒ.& colle
ctiōeʒ materie.ſ.in ſpūalibus.qa talis collectio
debilitat uirtutē cordis & hº quando fit.qa in
generatiōe ſanei augētur dolores.ut 2ª pricula
afforiſmorū. Et quādo apiē Q uia ex rup
tura apoſtēatis fit animi đfectio.ut 7ª pricula
afforiſmoꝝ.& ſuper libro prio.ſen 2ª de cauſis
debilitātib⁹.Aut iſta cōitas ē ad alia membra
cōicātia mēbris anhelit⁹.que cōitas dicta eſt in
p̄cedēti capº.Eſt eni ex egritudib⁹ officialib⁹
ut ſpaſmo.uel mala compſone.ul'apoſtemate.l'
ſolutiōe cōtinuitatis.aut alia re &c̄ Et tūc Aui.
quēdā ſpālē modū explicat.ſiue cōitatē ad ſto
machū.aut ſupple ē debilitas lacertoruʒ ppter
cōitatē.pp phibitiōeʒ.i.qa phibet dilatari ſiē
repletio a ſtomacho ex aere.aut uētoſitate cum
ptrāſit terminū.ſ.in mꝰtitudine.uñ coartat loca
dyafragmatis. Et ſeperat inter.i.nō pmittat
uelamē dilatari.qa uirt⁹ ipſuʒ ſolū non dilatat
ſʒ iuuat ſe cū oīb⁹ aliꝭ lacertis. Aut ppter
cōſtrictiōeʒ. Hec ē 3ª cauſa ppter quā omnia
mēbra hic affligūt conatu ad motū.& ē cōſtri
ctio uiaꝝ.uerbi gr̄ia.epiglotis uel ramoꝝ cāne
& artharie & ēt carnis pulmonis.Stātib⁹ eni
opilatiōib⁹ nō pōt homo libere recipere aerem.
Virt⁹ gº omni conatu quo pōt conatur credēs i
hº multiplicare aerē.ſʒ đcipiē.qa uie ſunt clauſe
Iuuaī tamē quādoq; ex impetu aeris dilatātis
uiā Sʒ tu dices.qd facit opilatio in artharia
cū nō faciat malū anhelitū.unde homo conatur.
Dicēdū qđ imo facit.Prio ppter additiōeʒ
i colore.& hº forte rediret ad primā cauſaʒ.ul'
2º ppter cōitatē & exceſſuʒ materie pōt opilaī
ramos cā ne.3º.qa artharie ſunt uie.aeris Cō
ſyderādū qđ ſermo qui diē.aut multiplicātur
&c̄.pōt referri ad ſtatim dicta.ut dicaī qđ ex
materieb⁹ in pulmone fiunt opilatiōes uel apo
ſtemata &c̄.& ex hº uirt⁹ conaī cū omnib⁹ mē
bris ad motū.Vel pōt eſſe ſermo continu⁹.ut
dicaī cū pulmo ipleī hūorib⁹.ul'cū fiūt apoſte
mata.ul'opilatiōes tūc cōſtrictis meatib⁹ uirt⁹
conaī ut omnes muſculos moueat.& iſti qbus
hº accidit ſunt patiētes aſma &c̄. Aut ppter
negligētiā. Hec ē quarta cā.& ē negligentia
& occupatio uirtutis in alio.Gal.uero prio hº
de diſnia 8ª caº.ponit i hº curioſuʒ exēpluʒ de
hoie q̄ p uiā ābulās p̄ aliquē finē abſtrahiī pp
aliq̄ cogitatiōeʒ.Vñ obliuiſciī uelociter ambula
re.& fit tard⁹ cum aūt reuertiī in mēte finis in
quē itēdebat.uelociteī tūc i motu.ſicut ēt in fre
neticis & p̄miſtis mēte accidit i motu anhelit⁹
qui uolūtati ſubiciī.ita ēt accidit eis in urināndo
bibēdo &c̄.dixit aūt.aut paucitate.qa ſi ſit pau
ca neceſſitas.dūmodo nō ſit mult⁹ defectus in
calore.pōt tamē ſi negligaī mot⁹ anhelit⁹ tātū
ex hº inflammari qđ oportet facere anhelitum
magnū.ſicut ē pulſus.i.anhelit⁹ habētis permi
ſtiōeʒ &c̄.ut in freneſi.ideo hoc cadit ſupra in
ſignis freneſis.Et ex ſumma.i.ex hac neceſſitate
aſſumata & collecta fit magnitudo anhelitus.
quoniā multiplicaī in ipſo.ſ.q habet p̄miſtiōeʒ
ratiōis tēpore qº negligit uapores Et ſimiliī.
Declarat hº in hominib⁹ ēt ſi nō ſint alienati in
q̄bus calor cordis nō ſufficiēter euētatur aere
recepto una uice ul'duab⁹ poſtponiī.ergo qdā
magnus anhelit⁹ uſq; quo ē adunata neceſſitas
ex poſtpoſitiōe.et tūc reſtaurat cū magnitudie
defectū i poſtponēdo adunata.& hº ē qđ dixit
& ſimiliter ē puſus.i.anhelit⁹ quādoq; magn⁹
compſo cordis cui⁹ nō ē cū illo calore.ſ.p̄porrio
nabili aeri attracto cordis.dico recipiētis anheli
tū.i.aerē tractū per anhelitū.qa expelliī i poſt
ponīt anhelit⁹ magn⁹ ad horā neceſſitatis.i.cū
euētatiōe & reſtaurat cū magnitudine anhelit⁹
qđ defficit cū expulſiōe.i.poſtpoſitiōe. Sed
tu diceres.q̄re iſte a pricipio nō facit anhelituʒ
cōueniētē ſibi. Dicēdū qđ pōt eē ex negligē
tia.quāuis nō ſit alienat⁹.ul'qa pulmo non eſt
proportionat⁹ in ſua natura.ut opereī dilatatio
nē ſufficētē.niſi conat⁹ adueniant. Alir pōt
exponi.ut dicaī qđ poſtq̄ Aui.oſtēdit qūo per
negligētiam fit talis anhelit⁹ magn⁹ in quo oīa
mēbra pectoris mouēī.& hº qñ ē negligētia cū
neceſſitate Hic declaraī hº idē quādo ē pauca
neceſſitas.hº eni ſupra premiſit.Aut p̄ negli
gētiā cū neceſſitate.aut paucitate.Et diē et ſimi
liter ē pulſus.i.anhelit⁹ ei⁹.cui⁹ compſo cordis
nō ē cū illo calore.ſ.qui iā dictus ē q̄ facit neceſ
ſitatē magnā.ut in freneticis.ſʒ ē calor iſra illū
& ſic ē pauca neceſſitas. Sʒ dubitaī.qa pōit
q̄ttuor cauſas ppter quas oīa mēbra pectoris
mouēī.ſʒ Gal.4º de interiorib⁹.7º.capº.ponit
tres cauſas dicēs.ſi infirm⁹ totū pectus mouet
cū anhelitu adeo qđ mot⁹ uſq; ad furculā aſcen
dit.& lateraliter uſq; ad groſſaʒ carnē ſpatula
rū.& retro uſq; ad oſſa ſpatularū.dicam⁹ hūc
anhelitū tres paſſiōes oſtēdere Vna ē nimius
calor & pulmonis & cordis incenſio Altera ni
mia anguſtia in inſtrumētis ſpūs Tertia đfect⁹
uirtutis mouētis lacertos pectoris. Dicēdu ʒ
qđ cāe ſunt q̄ttuor.ut Aui.enumerat. Gal. aūt

cõpleuit sermonẽ suum in 4° de interioribus. 3° capi°. & in libro de disnia.

Signa. ¶ Hic ponit signa causaꝝ q̃ b⁹ totũ pect⁹ mouet̃. Et qa in h° cõtingit quãdoq; multũ aerẽ trahi & undiq; pect⁹ dilatari uehemen ter. & dicit̃ anhelit⁹ magn⁹. Et aliquãdo paucũ cõtingit trahi aerẽ & parũ eleuari pect⁹. Vnde ẽt ẽ quidã anhelit⁹ paru⁹. ideo põt dici qđ hic ponũt̃ signa anhelit⁹ magni & pui. Et prio po nit signa z^m generalẽ diuisionẽ dictaꝝ causarũ z° ponit signa quedã apropriata cuidã spãli cãe z^a ibi. & quãdoq; cõstrictio. Prima i tres primo põit signa mot⁹ pectoris toti⁹ quãdo cã ẽ eius inflãmatio. siue calor in spũalibus. z° quãdo cã eius ẽ cõstrictio meatuũ. 3° quẽ do cã ẽ ꝺbilitas in ipsis lacertis per se. uel p cõitatẽ. z^a ibi. si aũt nõ fuerit. 3^a ibi. si aũt mẽbra. nõ dixit de quarta cã. s. negligẽtia uirtutis. q erat nota. ¶ Dic̃ p° Cã necessitatis. s. addite ꝓpter multũ calorem. ¶ Viri⁹ fuerit fortis. Quia si esset debilis ñ posset multũ dilatare. nec multũ constringere pect⁹. unde nõ trahit̃ mult⁹ aer. ¶ Calore. al' calore & reliqs. qa ex rubedie faciei ifirm⁹ dic̃ se cõburi. ut 4° de iteriorib⁹. 4° ca°. ¶ SI aũt. ¶ Hic põit signa mot⁹ toti⁹ pectoris ꝓpter cõstri ctiõez meatuũ. Si aũt nõ fuerit ita qa non sunt signa inflamatiõis & caloris. & nõ apparet qđ uiri⁹ sit debilis. Et cũ. h° uides qđ hõ nõ põt ntegre dilatar̃ pect⁹ quãuis totũ pect⁹ mouerat tũc erit. s. mot⁹ totius pectoris cã. i. ꝓpter cãm cõstrictiõis. In re. & re. i. in alia & alia pte. qa in guttere. uel ramis cãne pulmõis uel i carne pul monis. Vel cã cõstrictiõis. i. cã q̃ fac̃ cõstrictiõez a qua cõstrictiõe fit tal' anhelit⁹. Erit in re & re & in idẽ reddit. & patet qđ q̃ legerũt nõ bene intellexerũt h° uerbũ hui⁹ capli. Dicũt eni qđ cã ẽ cõstrictio facta a stomacho p̃ dyafragmate & h° ẽ dicere in re & re. sz h° apparet esse ffm. qa cõstrictio a stomacho cadebat inter cãs debi litatis uirtutis &c̃. ¶ SI aũt. ¶ Nũc põit signa q̃b⁹ cognoscim⁹ totũ pect⁹ moueri pp debilita tẽ uirtutis motiue lacertoꝝ pectoris. ¶ Et ꝑmũ signũ ẽ qđ omnia mẽbra pectoris conat̃ moue ri. nõ tẽ appz qđ moueãt̃ motu notabili. sicut accidit homini qui conat̃ ad id qđ nõ ẽ. s. ei pos sibile. Et ex h° signo appz qđ nõ ẽ ꝓp iflamma tiõez ꝓprie. nec ꝓpter cõstrictiõez meatuũ. z^m signũ est qđ homo ex h° anhelitu facit multuz conatũ in narrib⁹. ¶ Tertiũ signũ ẽ qđ i sistole nõ ẽ exsufflatio. qa nõ põt debilis uirt⁹ forti ter cõprimere nec subito. qa requirit̃ ad exsuf flatiõez. ¶ Dubitat̃ q̃re quãdo homo anhelat cũ narib⁹ ẽ signũ debilitatis uirtutis z^m Auic. hic & Gal. 4° de iteriorib⁹. 7° ca°. ubi in trãsla

tiõe greca dic̃. imbecilitate uero uirtutis sine ex sufflatiõe que per os exitũ spũs ꝓ nasum solet fieri. Et in trasslatiõe arabica dicit. uidebis pul pas nariũ cõstringi & dilatari qđ est magnum signũ i defectiõe uirturis. Etiã ẽ si ia. Rasis 3° cõtinẽtis. ca°. đ anhelitu. ¶ Dicẽdum qđ dilata tio ẽt cõstrictio nariũ nõ ẽ signũ ita apropriatũ uirtuti deficẽti. quin ẽt aliꝭ cãis sine q̃b⁹ totũ pectus mouer̃ possit reperiri imo repit̃ cuz eis sicut i forti iflammatiõe uidemus qđ homines & animalia bruta. ut equi laborãt. ut per nares trahant aerẽ. & similiter quãdo talis anhelitus fit p cõstrictiõem. Vnde Aui. supra dixit. iuuat̃ utriq; narib⁹ in pluribus dispos. iõibus. ¶ Sz h° signũ. s. nariũ dilatatio plus apropriat̃ malo anhelitui ex defectu uirtutis q̃ ex aliꝭ tribus causis. & hoc ꝓpter duo. Prio. qa i tali anhelitu fco a debilitate uirtutis lacertoꝝ omnis motus tã pectoris q̃ ptiũ adiacẽtiũ sunt debiles & nõ apparẽtes. & sic nõ appz motus exsufflatiõis & iõ motus folioꝝ nariũ ur̃ magis manifestus sz in anhelitu in q° omnia mẽbra pectoris labo rant fco a calore forti sunt multi motus magni & apparẽtes. & iõ nariũ motus nõ sic nominat̃ Simr intelligit̃ de anhelitu fco ꝓpter constri ctiõez uiaꝝ pulmonis. & si exsufflatio nõ sit sic̃ in illis q̃ hñt fortẽ calorẽ & incendiũ. ut 4° de interioribus 7°. cap° est tñ manifestior motus ptiũ pectoris & ideo nõ sic est notabilis motus nariũ. Secũda cã ẽ. qa uirtus debilis nõ potest ipulsiõe forti mouere aerẽ ut uẽiat ad os. imo debiliter motus aer ꝓuenit ad partes collatorij & exit p nares. & facilius ẽ debili uirtuti trahe re per nares si nõ sint opilate q̃ p os. propris .n. foramina nariũ sunt ad anhelitũ & nõ os. Vñ Gal. xi° libro de utilitate ꝑticulaꝝ xi°. cap°. Na sus qdẽ respiratiuoꝝ organoꝝ ẽ prius. os uero nullatenus respirat nulla passiõe cogente aial uerbi g̃tia opilatiõe nariũ. Existẽte g° debili uir tute fit p partẽ faciliorẽ sibi. & iuuat se cũ nari um dilatatiõe. Vnde Gal. prio libro đ disnia z° ca° a finali dic̃. quãdo torax imbecilli⁹ decente mouer̃ z^m inspiratiões quib⁹ coadiuuat impet⁹ spũs alienasi cõtrahẽtes aliquãtulũ aerẽ extrin secũ z^m motũ quo & per os attrahet̃ qđ eligẽ tes colligim⁹ labiuz. ¶ Et quãdoq; cõstrictio. ¶ Hic ponit signa predicti modi anhelit⁹ apro priata cuidã spãli cãe que ẽ cõstrictio siue opila tio cãne & uiaꝝ pulmonis ex materieb⁹ hũidis ut ffa te uel sanie. Et facit h°. qa istud sepe acci dit. & dic̃ qđ cũ signis talis anhelitus ẽ sonus ei⁹ q̃ sterrit. qa hũiditas illa diuisa ab aere sonat & necessitas excreatiõis. qa necessitas ad expellẽ dũ. & additio signi. s. huius ut stercoris & neces sitas excreandi supple ẽ signũ cõstrictiõis tota le. qa materia addita poterit totaliter opilatio

cõpleri.& iõ solicitãdũ in cura. ¶ Q đ si id ñ fuerit.s.qđ cõstrictio ñ sit pp materiã o pilãtẽ erit cã magis inobediens.qa ppter apoplexiaʒ prauã.Põt tñ aliʳ exponi.ut dicaẽ. ¶ Et si illđ nõ fuerit.s.qđ cũ tali malo anhelitu cõstrictionis in quo mẽbra pectoris mouentʳ nõ erit ster tor.erit cã magis inobediens.qa apostẽa ortum in pulmone nũdũ maturũ.ut Gal.4º de interioribus xº capitulo.in principio. ¶ Cum ergo pʒ & sunt sermones Gal.ibidẽ &cẽ.

¶ Et ille. ¶ Hic determinat de anhelitu uehementi i.forti. ¶ Considerandũ qꝑ anhelitũ notificat fortem ex duobꝰ.Primo ex una dĩa cui cõiungitʳ.sicut magnitudo.Est.n.magnitudo anhelitus dĩa multũ manifesta & manifestans fortitudinẽ uirtutis.Et anhelitꝰ uere magnus ñ põt esse qn sit fortis saltẽ ꝓncipaliʳ.sicut ẽt dicimus de pulsu.ut declarauimꝰ supra.capº de pulsu. ¶ Secundo notificat fortẽ anhelitũ ex mõ q̃ cõiungitur cũ anhelitu magno.& hoc ex forti conatu uirtutis faciẽtis magnitudinẽ que toto posse conaʳ ppter supfluã necessitatẽ in attrahẽdo et expellẽdo.& iõ sit anhelitꝰ cũ magnitudine fortis ¶ Derelinqt aũt ex hoc notũ qꝑ fortis est q in sua dilatatõe tactui resisti t. ¶ Illic.i.in faciẽdo magnitudinẽ. ¶ Supflua coartatione.i.ppnecessitatẽ supfluã coartantẽ eam. ¶ Dũbitaʳ quare nõ posuit signa. ¶ Dicẽdũ qꝑ sunt sensata manifesta.s.signa fortis uirtutis necessitatis addite.s.multũ & obediẽtie instrumenti.

¶ Et species. ¶ Determinat de anhelitu alto.& dicit qꝑ ẽ species magni ¶ Consyderandũ qꝑ ipropꝛe dicitʳ. est species.qa ẽ quedã magnitudo .s.secũdũ unã dimensionẽ tm̃.& ideo dicitʳ subtilis uel sublimis.sicut ẽt dicimꝰ qꝑ pulsus altꝰ est quidã pulsus magnꝰ.Et ex hoc Auic.uult ẽt qꝑ sint quedã alie magnitudines.s.longꝰ secũdũ dimensiones pectoris.& altꝰ.quelibet enim põt dici species anhelitꝰ magni. ¶ In quo cõsiderã dũ qꝑ aliter possimꝰ imaginari qꝑ anhelitꝰ diceʳ altꝰ.ex hoc qꝑ altas siue supiores ptes pectoris mouet & hoc uideʳ cõsonũ multũ ei qđ dicit in quo ẽ necessariꝰ motꝰ supioꝝ lacertorũ. ¶ Et ñ puenit necessitas &cẽ. ¶ Et pectoris.s.inferioris. in pestilẽtialibꝰ febribꝰ fit icendiũ in ptibꝰ cordis & supioribꝰ.Vnde uersus.epar q̃ñ ñ appʒ alteratio ad calorẽ manifeste.quapropter mingũt urinas laudabiles.& iõ multũ isurgit necessitas mouendi supiores lacertos plus q̃ iferiores ¶ Non posuit signa.quia sunt nota.Vniuersaliter enim sunt signa pestilẽtialis febris.& omnis dispositionis necessitãtis ad motuum & supioꝝ musculorum.

¶ Cognitio ¶ Hic ẽ sermo đ anhelitu puo.Licet eni supra de eo dixit fuit tãtũ sermo generalis zᵐ uiã cõpationis ad magnũ.Prio gº notificat nobis paruũ anhelitũ.& põit cãs.zº signa.zª ibi signa. Prio dicẽ qđ cognitio causaꝝ pui anhelitꝰ ẽ q̃ tu cõgreges cas magni.& zᵐ semitã oppositiõis. qa zᵐ oppositas cãs ẽ anhelitꝰ puus. ¶ Cõsyderã dũ qđ hec cõparatio in cãis nõ ẽ.qa fit ẽ ad anhelitũ magnũ requiritʳ motꝰ omniũ ptiũ pectoris & qđ multꝰ trahitʳ aer.ita.p oppositu. omnes cãs cõtrarias oporteat eẽ in anhelitu puo.suffiẽ eni destructio alterius cãꝝ.sicut ad destructionẽ totiꝰ integlis.Erit gº paruꝰ.si parua q̃titas aeris attraheʳ licet oĩa mẽbra pectoris moueãʳ Et quãuis nõ omnes ptes pectoris moueãʳ.nõ propterea ẽ puus.põt eni solo dyafragmate fieri equalis.ſ cõtingit qđ qbusdaʒ solis lacertis magni sit motus puus.qa debilitato dyafragmate & diminuta necessitate eo solo motu ẽ puus. ¶ Dũbitaʳ utrũ omnibꝰ lacertis pectoris motis fortiter zᵐ õeʒ dimẽsiõeʒ superabũdanter necessario sit anhelitꝰ magnꝰ.Videʳ qđ sic.qa necessario tũc trahitʳ multa quantitas aeris. ¶ In cõtrariũ.qa ñ fuisset necessariũ Aui.expʳmere qđ anhelitꝰ magnꝰ ẽ q̃ recipit aerẽ plurimũ. ¶ Dicẽdũ qđ ñ qa clausis uiꝛs pulmõis & adhuc stãte uirtute forti.possibile ẽ pectus undiq̃ fortiter moueri.ſ nõ tãtũ.q̃tũ si nõ esset opilatio cũ ppopilatiõeʒ nõ possit trahi mltus aer nec expelli. ¶ Ad cõtrariũ dicẽdũ qđ traheret.nisi esset opilatio ¶ Sed tu diceres.qũo gº ẽpleret spatiũ pectoris. ¶ Dicẽdũ qđ uaporibus qui sunt interiꝰ.qẽ rarefiũt ptes.Iste tamẽ anhelitꝰ nõ perdurat quin cito pmuteʳ ad mortem..uel aliter &cẽ. ¶ Et q̃ñq̃. ¶ Hic incipit in spãli ponere causas & signa p adiũctionẽ ad anhelitũ paruũ rarũ uel frequentẽ.& ponit duas causas. Prima est dolor.siue sit in partibus spiritualibus.siue sit in aliis qui etiã pp motuꝫ augetur.& tunc homo cessat a multa dilatatõe pectoris.& ideo separat &cẽ.qa nõ pmittit ea opari.Secunda causa est constrictio.i.opilatio.Vnde multus aer non potest intrare.terciã causam.s. ex defectu uirrutis tãq̃ notã derelinqt.quia hoc statim dixit qđ anheitꝰ ẽ paruus & rarꝰ.& significat multã infrigidatiõeʒ.& sic mortificatiõem.unde pauco aere & raro eget. ¶ Frequẽtia significat dolorẽ.Dolor eni cũ nõ permittat multũ dilatari partes pectoris.necessitat ad restaurãdũ per frequentiam.Ex alio tñ q̃ dolore posset fieri paruus & frequẽs.ut necessitate addita & inobediẽtia instrumẽti. tamen ut plurimũ inobedientia pectoris est propter dolorẽ uꝫ

coniuncta dolori. ¶ Signa. ¶ Prio ponit signa in generali. & sunt nota. Si enim ē a defectu uirtutis signa sunt defect⁹ uirtutis. ¶ Ipsum.
¶ Dicit in spāli. Et p̄mo ponit signa parui anhelit⁹ propter dolorē. z° pp opilationē. z^a ibi. et factus. ¶ Considerandū ut patet ex p̄mo libro de disnia. dolor uerbigratia ex apostemate spūaliū sic disponit anhelitū. Nam quia hō in actu motus sentit magnificari dolorē ñ facit magnū anhelitū. Si ergo hō ñ tollerat dolorē. s. magnificatū ex motu. sed expectat sup ip̄m dolorē quē hēt fugiens augumētū. & secūdū hoc diminuit de anhelitu. tunc possibile est q̄ postea magnificet anhelitū. & q̄ faciat aliq̄s anhelit⁹ magnos inter paruos. & h° ē ppter duo. Vel q̄a necessitas multa uincit. uñ uelit nolit cogit tolerare dolorē & facit unū anhelitū magnū. Vl quia ip̄e potest tollerare illū dolorē. ita eligit hoc pp necessitatē quā cognoscit. & negligit dolorē. Alia lr̄a dicit. nō tollerat. i. uult stare cū illo tanto dolore quē hēt dubitans de pluri. ¶ Et factus &c̄. ¶ Cōtrario illi⁹ toti⁹ quia ñ sentitur dolor si ē ex sola opilatione. nec unq̄ facit anhelitum magnum opilatione stante.

Est ille. ¶ Iste anhelit⁹ nō ē. nisi qñ longo tempore durat dilatatio uel cōstrictio pectoris. ut in tēpore lōgo. operet i multi aeris attractionē ul' emissiōem. ¶ Et quādoq; ¶ Causas ei⁹ pōit. s. dolorē. aut opilatiōez in uia. scut in squinātia. & h° ē qđ dicit. aut strictio. ex q̄b⁹ đficiēte magnitudine recōpēsat p̄ lōgitudinē. ut i h° tātū trahat de aere in lōgo tēpore. q̄ tū trahet per magnū & uelocē anhelitū. ¶ Cōsyderādū aūt qđ dixit quādoq; prohibet. ut innuat qđ anhelit⁹ iste lōgus pōt fieri quādoq; cōiūctus magnitudini & uelocitati. h° tamē ē addita multū necessitate cū aliis causis. Magni anhelit⁹ signa nō pōit. q̄a sunt dolores & signa prefocationuz.

Est diuersus. ¶ Qui in breui tēpore cōplet expulsiōez & attractiōem aeris. ¶ Et quādoq; ¶ Dubitat quō dolor ē cā anhelit⁹ lōgi & breuis. ¶ Dicēdū qđ sicut colligit ex dictis Gal. in libro de disnia. summa 3^a. cap°. 5°. uarietas in anhelitu ppter dolorē ē z^m ellectiōez siue uolū tatē patiētis eligētis motū sui pectoris z^m qđ minus credit ab eo dolore. nō sic aūt ē in pulsu quia artharie nō mouet z^m uolūtatē. & ideo in motib⁹ eorū quādoq; precipim⁹ magnos dolores. qđ si esset i potestate nostra facerem⁹ cessare a motu. Ille ergo qui dolet motu pectoris. primū qđ facit ē. q̄a paruū facit anheliū. q̄a pect⁹ plus dolet ex magna motiōe q̄ ex ueloci. & iō primū a quo cessat ē magnitudo. sic ē patet prio libro de disnia illo ca°. scriptū ē aūt. ut dixi. Sz q̄a necessariū ē anhelare. tūc eo ichoante āhelitū paruū. uel iuenit dolorē quē debite pōt sustinere & tunc cōtinuat motū illū paruū. & facit illum longū. uel p̄cipit dolorē adhuc fortē ñ patiēter tollerabilē. & tunc statim cū inchoauit querit q̄ tē. q̄a inuenit sibi quietē solatiū esse doloris. & tūc facit motū breuē & restaurat cū frequētia. q̄a cogit ad anhelandū. ¶ Et ideo dixit cā ei⁹ ē dolor &c̄. ¶ Si ergo q̄s breui tēpore operet in attrahendo aerē & raro significat necessitatē euētandi remissam. ¶ Et secūd ū gradū hui⁹ ē gradus frigoris & extractionis caloris p cōgelatōez ul' resolutōez. ¶ Signa aūt ñ ponit. q̄a sunt nota.

gibbosa.quia iã fecerat illud.uñ ei⁹ subtilitas ẽ sublata.ut Aui.prio can.fen.p⁸.illo c° nutriẽs masticatione.sz ꝑncipalis utilitas colere que tra hitur ad fel.ẽ ut expulsiuã incitet.& ió cõueniẽ tius fuit stati cũ generata est separe eã.& i loco q magis appropinquat chilitellis. & itestinis ut est ps cõcaua. ¶ Et ipm qdẽ. ¶ Prio i cõfu so magis ponit ei⁹ alligãtiã.oñdens iuuamentũ pãniculi & arthatie ei⁹.z° remouet dubitatõez 3° resumit dec'arationẽ alligantie epatis.ibi z⁸. & sanguini.ibi.3⁸.& panniculus. ¶ Dubitatio quam remouet est hec. Quare natura non fecit epati spactũ unum ampluz in quo aggregaꝛ id quod debet conuerti in sanguinẽ.sicut hoc fecit stomacho. ¶ Respondet quia quando chilus disptitur in partes minimas.melius partitur et cõuertitur & uelocius. Et subdit ꝙ uene ꝙ sunt a parte epatis.s.concaua sunt subtiliores.et cãz assignat.Cã uero primi est.nam quando agens tangit ad minima patiẽs.& patiẽs tangitur ad minima ab agẽte.tũc uelotior et melior fit actio ut notũ ẽ.Chil⁹ aũt cũ sit subtilis põt sic diuidi sed cib⁹ per os ingrediens non.& ió oportuit eũ colligi i concauitate una. ¶ Et pãicul⁹. ¶ Cõ syderãdũ ꝙ pãniculi epatis ligãt ipm cũ uisce rib⁹.i.pãniculis alijs tegẽtib⁹ &ẽ.et isti sũt pã niculi q oriũꝛ a sifac. ¶ Consyderãdũ post qđ .A.noluit opinionẽ detegere de ortu uene ascẽdẽ tis.sed indeterminate potuit i hoc sermone.Istã uero materiã Aui.magis practat i 3° đ aniali bus p° ea°.recitans đ h° opinionẽ plurium anti quorũ.& spãliter aliud dicens de ortu huius uene.Sicut tamen sensus ostendit.uena ascendẽs uideꝛ oriri a corde.qa ibi quasi fit unũ cũ sub stantia eius.sed p epar pertransit. ¶ Et hec uꝛ opinio Auẽ.z° de ptib⁹ aialiũ.sicut ẽt ibidẽ.A. dicit hoc uero distinctiõem haberet aliã. ¶ Et epar qdẽ hominis.Cã huius ẽ.nã homo ẽ aial ualde sanguineũ.sanguis aũt in epate generatur saltẽ per aliquẽ modũ.& ió epar eius maius ẽ Cã secũdi ẽ nã animal qđ multũ cõmedit & hz cor debile.nõ multũ resoluit de cibo multo as sumpto.qđ significaꝛ a paucitate calidi i eo.qđ demonstrat debilitas cordis.Oportet igiꝛ qđ multũ nutrimẽtũ assumptum recipiat.& qđ epar id recipiẽs sit magnũ.sicut patet in asino. ¶ Et primũ. ¶ Hic per anathomiã Aui. docz cognoscere ptes epatis.Partes aũt epatis.quedã sunt tãquã orta ut uene.quedam aũt eius ptes substantiales ut eius pennule.Primo ergo per anathomiã docet primas z° secudas.ibi z⁸.& epar quidẽ habet additamẽta.Hec secunda ps habet duas.p° ostendit numerũ partiũ epatis z° reuertiꝛ ad declarãdũ qđ dixerat đ alligãtia epatis ad mẽbra quedã.ibi.z° & scias. ¶ Dicit sic.in hac parte qđ corpus epatis nõ in omnib⁹ homibus ẽ cõprimẽs costas dorsi.& immissuz eis supple palligãtiã.Vnde Gal.7° ca° qnti de interioribus.Epar nõ in omnibus ẽ cõiunctũ cũ pãniculis costas ligantib⁹.& patet. ¶ Illud ue ro qđ dicẽ.ppter illđ põt referi ad duo.s.ad id qđ statim dixit.s.qđ caro epatis q seqꝛ pãicu lũ sentit.propterea qđ ei aduenit de ptibus hu ius panniculi neruosi.& qa i diuersis corporib⁹ põt aduenire carni illi pl⁹ & min⁹ đ illis neruis ió qdã habent carnẽ illã magis sensibilẽ.quidã minus. ¶ Vl'aliter põt exponi ut referaꝛ ad id qđ dixit alegationez epatis ad costas.ꝙ qa epar nõ i omnib⁹ ẽ imissuz costis.ió sz cõitas.i.epatis ad costas.& iudiciũ eius.s.qđ ex hoc sequitur. diuersificaꝛ in hominib⁹.nã ille q hz epar cõiun ctũ costis in apostemate epatis.dolet etiã simul in costis posteriorib⁹ ubi epar alligaꝛ.sz ille q hz epar nõ sic cõiunctũ talẽ dolorẽ in isto aposthema te nõ sentit.Vnde Gal.5°.de interioribus.7°.c°. ¶ De dolore uero coste.q ẽ extra.i.retro.lacertos murmuranꝛ apostemate ul' in gibbo.uel i conca uo existente nõ fit inde necessario oib⁹ aposthema in epate.habẽtib⁹.Epar eni nó i omnib⁹ ẽ cõiun ctuz. ¶ Posset uero.3°.exponi ꝙ ppter hoc etiã qa.z^m.qđ aposthema uel a iqua alia materia ma gis appropinquat ad panniculũ uel min⁹.z^m.h° diuersificaꝛ iudi.tũ doloris i diuersis hominib⁹. ¶ Et tu. ¶ Hic reuertiꝛ ad cõplenduz notifica tõez opationũ epatis & uirtutũ eius.& p° facit hoc.z°.errorẽ quorũdaz ponit.& remouet ibi. z⁸.licet qdaz.Dicit forti.i.sano.qa in egro aliq̃ altera deficit l'impedit.& dixit.q̃tuor.& nõ qnq̃. qa discretiuã uirtutẽ Aui.nõ uult.ppteria quia sepatio & discretio ẽ actus cõis attractiue recipi entis & expulsiue mandantis.ut infra ponit.A. Auẽ.uero 4° .coil⁹ multũ eã affirmat.De his uero nil ad pñs. ¶ Lr̃ et qđ 3. ¶ Primo ponit illorũ opinionẽ.z°.eã iprobat.ibi.z⁸.& iste qdẽ. Prima in duas.primo ponit illius opinionẽ .z° rationes illius.ibi z⁸.ipse eniz sunt. ¶ Primi q b⁹ isti aduersanꝛ sunt Gal.& sequẽtes qm.G. 5° de iuuamẽtis mẽbroꝝ c° de iuuamẽto epatis uult ꝙ i meseraicis sit ista uirt⁹ digestiua & ẽt attractiua & alie. ¶ Ipse. ¶ Ponit eoꝝ rões et hec ps hz tres pres.sic tres rões illoꝝ ponit.ibi z⁸.& asserunt.ibi 3⁸.& dicit. ¶ Prio arguũt sic i illis mẽbris ñ ẽ uirt⁹ attractiua que sunt uic p q̃s fit attractio.sed meseraice sunt huiusmõi g° i illis ñ ẽ attractiua uirt⁹ ¶ Secũda rõ istorũ ẽ ista si uene meseraice hẽrẽt uirtutẽ attractiuã ergo haberent digestiuã.qa attractio ordinaꝛ i digestiuã.sz nõ hẽnt uirtutẽ digestiuã.qa chil⁹ quasi nõ moraꝛ in eis.g° nõ hẽnt uirtutez attra ctiuã. ¶ Tertia rõ ẽ ista.Si meseraice haberent uirtutẽ attractiuã.tũc sequereꝛ qđ essent eiusdẽ

ſubſtantie cū epate.qa epar habet hanc uirtutez hoc aūt ē faliuz.gº cōcludit ꝙ meſeraice nō habent uirtutez attractiuā & p cōſequens nec retētiua. ¶ Et iſte. ¶ Hic Aui.reprobat iſtā opinionē.& pº reprobat eā falſificādo & ſoluēdo rōnes eoꝝ.zº pīcipaliter oſtēdēdo auctoritate & rōnib⁹ qđ in meſeraicis poſſunt eē ille uirtutes ibi zª.id aūt qđ Gal.dicit. Prima in q̄tuor .pº oſtendit qđ pª rō eoꝝ nō cōcludit.zº oſtēdit qđ zª rō eoꝝ ēt ñ cōcludit 3º oñdit idē đ 3ª rōe.4º cōcludit admiratie eoꝝ errorē.Ibi zª.& ñ ſciuit ibi 3ª.& oblitus ē.qđ poſſibile ſit.ibi 4ª.o q̄tū ¶ Prima eoꝝ rō erat fundata ſup hoc.qđ qa meſeraice erāt tanq̄ uie.& p cōſens nō debebat in eis eſſe uirtus attractiua.Hoc gº.A.ipugnat & pº rōne demōſtratiua zº exemplo.ibi zª.& oblitus eſt qđ attractiua eſt in meri. ¶ Primo arguit ſic.Sicut ſe hēt inſtrumētuz expulſiōis ad expulſiuā uirtutē.ſic ſe hēt inſtrumētū attractionis ad attractiuā uirtutē.ſz in inſtrumēto expulſionis ē uirtus expulſiua.ſicut uebi g̃tia. in inteſtinis.ergo in inſtrumēto attractionis ē uirt⁹ attractiua. ſicut uerbi g̃tia.i meſeraicis. maiorē ppōez.A.declarat ſic.nā ſic uirt⁹ expulſiua cū ē i meatu quo fit expulſio.magis iuuat ad expellēdū.& iō ē in meatu.ſic ēt uirt⁹ attractiua cū ē i meatu quo fit attractio.magis iuuat ad attahēdū.Exemplū uero qđ adducit. Auic. ē tōtra eos.nā meri ē quidā meatus & uia.tamen ē in eo uirtus attractiua.Hoc gº interimit maiorē ppōez illoꝝ. ¶ Sz hic ē dubitatio.d.aliquis reſpectu cuius inteſtina.habent uirtutē expellendi ut organū.id uero ē p̄ncipale expellens. Dicē dū ꝙ reſpectu ſtōachi ſicut ſummitē ex.G. 5º đ iuuamētis eº de iuuamēto ſtōachi.ſtōachꝰ eni generans chilū generat feces.licz nō ſepatas zᵐ.locū.& iō ꝙ ſibi de chilo ſupfluit expellit ad inteſtina ita ꝙ reſpectu eius qđ uenit a ſtomacho ad inteſtina.ipſa inteſtina nō habēt niſi uirtutē expulſiuā.& forſan aliquā attractiuaz a ſtōacho. nō aūt habēt uirtutē ꝓprie expulſiuā ſ.ipulſiuā ad epar.ſed ſolū epar attrahit.inteſtina uero expellunt. ¶ Vel poſſumus dicere ꝙ inteſtina groſſa ſint tanq̄ organa expulſionis reſpectu inteſtinorū graciliū. ¶ Et nō ſciuit. ¶ Infringit ſecundaz rōnem illorū.& oſtendit pº qđ cōſequens nō ſeq̄t ex antecedēte.zº.oſtendit ꝙ ſz ſequat̄.illud tñ nō ē falſuz imo uerū.ibi.zª.& oblitꝰ ē.Dicit gº pº ſic ad rōnez eoꝝ.quā dicebāt.Si meſeraice haberent uirtutem attractiuam. ergo haberent digeſtiuam.Dicit Auic.ꝙ iſta conſequentia eſt falſa.Non eniz ſequtur .hoc habet attractiuaz reſpectu huius.ergo habet digiſtiuā naz in aliquo meatu pōt eſſe uirt⁹ attractiua.non tñ digeſtiua. de qua cureт.qa meatui illi ñ eſt neceſſariū digerere.ſed attrahere.ſicut apparet in meri. ¶ Et oblitus. ¶ Hic oſtendit ſi id conſequēs ſequat̄. qđ ē uerū.Et prio oſtendit qđ id conſequens ē uerū.zº oſtēdit qđ ratio illorū qua id cōſequēs falſificabatur non concludit.ibi. ſecunda.& qđ ſit illic.Conſequēs ꝙ illi reputabāt falſum erat hoc.ſ.ꝙ in meſeraicis eſt uirtus digeſtiua.dicit Auic.qđ hoc ñ ē falſum imo uerū. ¶ Et qđ ſit ¶ Hic ipugnat rōnē eorū qua falſificabāt cōſequēs.Argūebaṭ ut aūt hº ita.Si i meſeraicis ēēt uirtus digeſtiua.& retentiua ēt eſſet.hoc aūt ē falſum.qa meſeraice ñ retinent ¶ Similiter āt qa ab eis cito cib⁹ tranſit.& nō morat̄.Prio gº.A. oñdit ꝙ in meſeraicis ſit uirt⁹ retētiua. zº ꝓbat ꝙ licet cib⁹ tranſeat & ñ moreт.illud tñ non tollit qn digeſtio fiat ibi zª.& elōgauit. ¶ Primū probat ſic.In illis mēbris eſt uirt⁹ retentiua.in quib⁹ ſunt uilli ſeruiētes.ſed tales ſunt i meſeraicis.ſ.tranſuerſales & hº preſupponit ut notū ¶ Et elōgauit. ¶ Hit ꝓbat ꝙ rō ñ concludit. qa dicit Auic.ñ ſeq̄t.ñ moratur in hoc loco.ſed tranſit gº ibi non digerit̄ & alterat̄.quia in ore cib⁹ ñ multum moratur.& tñ aliqualiter digeritur.Similiter i inteſtino orbo hoc cōtingit.& ipe ñ negat hoc. ¶ Et oblitus eſt qđ poſſibile. ¶ Hic ipugnat terciā rōnē eorū.& pº falſificādo cōſequentiā.zº cōcedēdo cōſequēs.& ꝓbādo qđ id ſit uerū.ibi zª.& oblitꝰ.Ratio eoꝝ tercia erat.Si meſeraice hñt uirtutē attractiuam tunc hñt eandē ſubſtātiā cū epate. ¶ Reſpōdēt qđ iſtud nō ſeq̄t.nā plura mēbra poſſunt cōuenire in attractia unius rei cōis exiſtētis i una uia cōi. & differre in ſubſtātia ſicut oſſa & carnes attrahūt ſanguinē a uenis.& tñ in ſubſtātia differūt ¶ Et oblitus. ¶ Aui.dicit qđ meſeraice ut hēnt attractiuā uirtutē.ſic ēt eandē ſubſtantiā hēnt cū epate et ꝓbat hoc.A.nā epar attrahit maxie cū uillis uenarū longitudinalibus.Iſti ergo ſunt omogenei uilli meſeraicaruz. ¶ O q̄tuz concludit. ¶ Illud aūt. ¶ Prio p̄mittit intētōez Gal. 5º đ iteriorib⁹.7º ca⁹.& ei⁹ auctoritatē & textū.zº oñdit qđ illud eſt ad mētē ſuā.& ad ſuū ppoitum.ibi zª.hic ē gº.uel ibi.& tu quidem. ¶ Ad primi euidentiā cōſyderandū qđ iſti qui ponebāt hāc opinionē potuiſſent cauillare cū q̄daz auctoritate.G.7º.đ interioribꝰ.7º.cº ubi i ꝓbat quoſdā q in egritudie in qua cib⁹ ad.epar nō trahitur.intendebant ad miſeraicas.& nō ad epar.cū tamen deberent ad epar itendere.Ex hº ergo uidet̄ ſentire Gal.ꝙ defectus attractiōis ñ ſit in meſeraicis.ſz in epate.ergo nec uirtus attractiua.Vult ergo.A.oſtendere qđ iſta auctoritas facit p eo exponendo eaz ad mentē Gal.Prio gº exponēdo dicit qđ Gal.uult ex illo habere qđ attractio ſit pº & fortis i mēbro ubi ē p̄ncipiū motꝰ in epate ñ tamen uult qđ talis uirt⁹ attractiua non ſit in meſeraicis ſed eius itentio eſt ut

fepet.i.abiiciat eū q̄ ē content⁹ curatione meſera icarū quādo cibus nō puenit ad epar.& ñ curat ꝑncipale qđ ē epar.& qđ iſta ſint uera dicit.A. apparet ex ſermone ſuo.ſ.Gal'.predicto loco cū dicit q̄ intendit &c̄. ¶ Et tu. ¶ Hic ex illo ſer mone Gal'.oſtendit qđ eius intentio ſit illa quaꝫ Aui.dixerat.ſcliꝫ ꝙ in meſeraicis ſit uirtus attra ctiua & digeſtiua.& primo aducit h⁹ ēē ad mē tez Gal'.ex uerbis p̄dictis.G.z⁰.pbat ratiocinati ue cū exēplo.ibi.z⁰.quō. ¶ Ad intellectū huius ultime pris arguit ſic.Inſtrumētū qđ trahit ex longinquo q̄ſcendo.& nō mouet localiter ſicut mouet muſcul⁹.recipit uirtutez a ꝑncipali moto re.que uirtus recipit in ipſo inſtrumento .que obuiat debenti.trahi.& pati.ſed uene meſeraice ſunt inſtrumentū naturale & c̄.g⁰ recipiunt uir tutē a ꝑncipali. ¶ Huius rōnis primo ponit conclu ſionē. ¶ Et quo.ſupple nō erit uirt⁹ attractiua & digeſtiua i meſeraicis.& ꝑ cōſequens.alie.z⁰ ponit minorē.quū ipſe.ſ.meſeraice ſint inſtrumen tū.ſ.epatis uł ꝑa.ſ.uenaporta ſiue meſeraica ſit inſtrumentū.Siue g⁰ ſit ſermo pluralis ſiue ſingu laris.referā ad meſeraicas quas.A.tā i ſingulari q̄ in plurali nominat. ¶ Nec curandū de latinitate. q̄a aliquid i genere uno ē apud arabes ꝙ apud nos ē in alio.ut ſtōachus apud nos.& apud eos ſtomacha in genere feminio.Iſtam minorē Aui. non probat.q̄a quilibet confitetur qđ meſeraica ē inſtrumentū epatis.Et prolōgatur.quia epar cum eis ſicut cū manib⁹ trahit chiluꝫ.uł ſicut cū radicib⁹.3⁰.ponit maiorē.Et quō &c̄.non.z⁰. ſemitā motus localis ſicut in lacerto.Innuitqđ ſi actio fiat ab aliquo inſtrumento qđ mouet locali ter ut muſculus.man⁹ nō requiritur ꝙ recipiat uirtutez qua; aliterꝫ trahibile ad ſe.ſi inſtrumen tū q̄ſcit.& obiectū nūc mouetur.& nō prius.g⁰ ipſum diſponit & alterat a principali motore mediāde organo ſiue inſtrumēto. ¶ Cōtrā.piſcis ſtupefacit manū piſcatoris mediāte rheti.& tū rhete nō ſtupefit. ¶ Dicēdū qđ piſcis in rethi mediante alteratiōe in rethi alterat man⁹ piſca toris.ſꝫ ē aliđ & aliđ recipiēs.ſ.man⁹ & rethe iō apparet alia diſpoſitio.Rethe eni nō ē ſtupe factibile.ſꝫ manus.ſicut magnes alterat aerē & ferrū una alteratiōe ex pte alterātis.ſꝫ diuerſa in receptis. ¶ Vide.qđ dicit Auer.z⁰ celi & mundi. 42⁰.cōmēto.auctoritate. ¶ Themiſtij. ¶ Secm plurimū.i.q̄tū ex parte principalis agentis .qa poſſet eſſe indiſpoſitio recipiēs.ſicut ſit dicerez imediate ego z⁰ ſolē.i.ex pte ſolis calefio. ¶ Vel aliter z⁰ plurimū.qa exiſtente ſcilꝫ inſtrumēto bene diſpoſitio nō euacuaē &c̄. ¶ Cōſyderādū qđ uirtus q̄ recipit in inſtrumēto uerbigratia. in aere a magnete conſyderat tripliciter. p⁰ ut pfectio quedā in iſtrumēto accidentali ideo di xit currēte in ipſo.z⁰ ut eſt uirtus qua ferrum trahit.& qa aeri obuiat.3⁰ ut ē uirt⁹ receptaꝫ ferro patiente.iō dixit obuiante patiēti. ¶ Ratio prepoſitōis eſt.qa ex quo organū ſiue iſtrumē tū nō mouet localiter.& obiectū ad.preſentiaꝫ ꝑncipalis agentis imediate iſtrumēto mouet g⁰ mouet ꝑ aliquā diſpōnez quā recipit a ꝑnci pali motore mediante iſtrumento.g⁰ prius reci pit i iſtrumento. ¶ Et tūc ſic format minor ꝓpoſi tio.ſ.meſeraice ſunt iſtrumentuꝫ naturale reſpe ctu epatis.& trahūt chilū ut iſtrumentū epatis. & ñ trahuūt cū motu locali.ſꝫ ꝑ ꝓprietatē & al terationē factā i chilo patiente.g⁰ ē in meſeraicis natura attractiua & digeſtiua.ſ.alterariua hili. ¶ Sꝫ tu dices.In meſeraicis ſunt aliqui uillorū. ergo trahūt cū motu locali. ¶ Dicendū qđ eſt paucus ille mot⁹.3⁰ nō ꝑncipalis.ſꝫ ꝑncipaliter trahūt ꝓprietate.qđ apparet.quia ſine cognitio ne ſenſata ita trahūt chilū qđ non fecē uel aliđ extraneū multū. ¶ Et ita. ¶ Hic ꝓbat maiorē ꝑ exemplū .& uult q̄ ferrū pōt idē inſtrumentū eſſe non motū localiter.quo ferro mediāte attra hitur uerſus magnetē aliud ferrū.ſicut ferrum qđ tangit a magnete. Et iſtud eius inſtrumētū trahit.quia attrahit a magnete.quod apparet. quia anteq̄ ificeret a magnete nō trahebat ferrū ergo patet qđ inſtrumentū quandoq; trahit ad ferrū. ¶ Et ſimiliter ēt tangens aliquid ſicut ē aer.& aliud qđ non ſit ferrū.pōt eſſe medium. quo magnes trahit.& ſic prius alterabit illud mediū.q̄uis non ſit ferrū ſed aer. Vel aliter poſ ſet dici. ¶ Et ſimiliter.ſ.trahit tangēs &c̄.

¶ Alia expoſitio.Et quō. ¶ Conſyderandum q̄tū ad litterā que hēt cū ipſe ſint.qđ.Auic.ꝑ ratiocinatione ꝓbat in meſeraicis ē uirtutem at tractiuā & digeſtiuā.nam dicit ꝙ inſtrumentū attractionis alicuius ad alterum quod ē inſtru mentū reſpectu principalis agētis.debet i ſe hē re tres uirtutes. Secundū.ſ.principiū generatio nis.uel ſecundū principiū.i.a principio cuius eſt inſtrumentū.uel ſecundū plurimū quia.ſ.tēpo re ſanitatis.unā quidē uirtutē hēt currentem in ipſo ſcilicet tibi ꝓpriā ꝑ quā conſiſtit i eſſe.aliā uirtutē habet obuiantē.i.euntē obuiā. ¶ Currē tē ſcilicet re. ¶ In ipſo.i.re que uenit ad ipſum ¶ Aliā habet uirtutē obuiātē rei que apta eſt pa ti a principali agēte cuius hoc eſt inſtrumentuꝫ ¶ Virtus aūt que obuiat rei currenti ē uirt⁹ attra ctiua que obuiat ſibi ut rē uenientē citius cōclu dat principali. ¶ Virtus ēt que obuiat patiēti eſt uirt⁹ digeſtiua & alteratiua q̄a pati ꝓpe alte rari & tranſmutari ſignificat.Et ꝙ hoc ſit uerū ¶ Aui.declarat.nā magnes eſt quoddā iſtrumētū attractionis reſpectu corporis celeſtis.uel ſaltē aer medi⁹ iter magnetē & ferrū ē inſtrumentuꝫ attractionis reſpectu magnetis.Modo i magne te ſ' in aere eſt hec triplex uirtus.đ prima non ē

dubiū. Et iō illā nō ponit. A. ſz in aere ē. z^a. uirt^s &. 3^a. Eſt p^o. 3^a. uirtus. nā ferrū patiē a magnete diſtans ab eo. ergo ab eo alterabīt. ergo i magēte uel i aere ē uirtus p quā occurrit patiēti. ſ. illud alterando. Eſt etiā in magnete uirtus attractiua ut in aere ratiōe magnetis. q̄ appar^z. qa magnes ita forti attractiōe attrahit ferrū qđ ab eo patiē qđ quādoq; attrahit aliud ferrū ſibi cōiunctū. & qñq; attrahit aliquid q̄ ē ſicut mediū iter ferrū & magnetē. g^o ſequīt qđ in magnete uel in aere gratia magnetis ſit uirtus alteratiua attractiua. Hic etiā in meſeraicis ſunt ēt he uirtutes. ¶ Cō ſyderandū q̄. A. dixit inſtrumentuz naturale ad dr̄iaz alioq; iſtrumentorū artificialiū. i qb^9 nō ē neceſſariū diſtinguere has uirtutes. Dixit ēt de i ſtrumēto attrahēte ñ. z^m ſemitā mot^9 local^r. Nā q̄dā ē attrahēs q̄ trahit cū motu locali maiſeſto ſicut uerbi gr̄a. muſculus. Et tale inſtrumētū hz̄ heat duos modos uirtutū. ut uirtutē propriā. & uirtutē attractiuā p quā occurrit patiēti. ita qđ id alteret. ſz ſolū trāſmutat z^m ubi. & h^o ē ex uirtute attractīa. nō ex uirtute alteratia. ſz iſtrumētū attractiōis q̄ attrahit z^m motū localē. oz q̄ habeat uirtutē alteratōis p̄ter illā et hos duos mōs attractōis pōit Aueq. 7^o phiſicoq. x^o cōmēto. ¶ Alio mō pōt lr̄a introduci. z^m. lr̄az ſingulare; que hz̄ ſic. & refert ſe ad epar ut dicat. hz̄ ipe. ſ. epar ipſuz & ē. ¶ Propter q̄ cōſyderandum qđ epar hz̄ dici inſtrumentū attractiōs reſpectu aie. Mēbra eniz ſunt anime inſtrumenta. ut prio de iuuamētis mēbrorū. uel reſpectu totius reliq̄ corporis. Vult^9 ergo pbare Aui. qđ qa epar q̄ ē inſtrumentū primū attractōis attrahit. qđ de neceſſitate in meſeraicis ſit uirtus attractiua & digeſtiua. uł alteratiua. Et arguit ſic. quotienſcūq; aliqđ organū attrahēs aliqd. attrahit illđ ita qđ ipm nō mouetur localiter oz qđ de neceſſitate in hoc organo preter uirtutē que ē ſibi ppria ſit i eo duplex uirt^9. ſ. uirtus p quaz trahit & mouet illud obiectuz localiter. & uirtus p quā alterat illud obiectū primā uirtutē appellat obuiātē current. ſecūdaz appellat obuiantē patiētu. ſz certū ē q̄ epar attrahit cibū. & epar nō mouet localiter ergo oz quod ſi debz attrahere qđ i eo ſit uirt^9 per quam occurrat currenti & patienti. i. uirtus attractiua & alteratiua. Maioré propōm Aui. declarat in exēplo đ magnete. & eā p̄ſuppōit ut ſatis notā p rōnez. Nā ſicut ſummitē ex Aueq. loco. preallegato. hec ē dr̄ia inter attractionez q̄ trahēs mouet ad attractū & q̄ trahēs nō mouetur ad attractū. ſz attractū mouet ad attrahēs nā quādo attractū mouet ad attrahēs. oportz qđ alteret & permutet a uirtute que ſibi occurrit ex attrahente. Aliter eni nō moueretur ſicut hoc mō. qa magnes nō mouet ad ferrū. ſz ferrū ad magnetē. & iō oportz qđ ferrū alteret a magnete ut ad eā moueat. Et ponit ibi exemplū Aueq. de cibo moto ad mēbra aialiū. ſz q̄do attrahēs mouet ad attractū nō oportz qđ aliq̄ uirtus occurrat attracto que illud pmutet. ſed ſufficit q̄ attahēs localiter motū trahat illđ. ſicut ē modo. qa cū manus mouet ad attrahēdū lapidez. nō oportz qđ a manu occurrat aliqd ad lapidē ut lapis moueat. ſz ſufficit qđ man^9. ua dat & accipiat illū. Apparz ergo maior p̄politō qđ ſi aliqđ trahēs qđ nō attrahit qa moueat localiter. ſed quia attractum mouet ad eum qui debet attrahere. oz q̄ ab eo occurrat uirt^9. que obuiet patienti & currēti ad euz ab epate g^o ſi debet attrahere dēt currere uirt^9 uſq; ad cibuz q̄ mouet. ſz talis uirt^9 cū ſit qualitas fundata i ſpiritu curret p corpora que cibo occurrūt. p q̄ cib^9 mouet. g^o i illis recipit illa uirtus ſaltē ut in organo principalis inſtrumēti qđ eſt epar. ergo in meſeraicis ſunt he uirtutes. Hec uero lō gas difficultates haberent. que tanq̄ extra noſtram conſyderationē obmittātur & cetera.

Quandoq; ſignificantur. ¶ Superi^9 Auic. determinauit de apothemis epatis. ¶ Hic exequīt de diſpōnib^9 ei^9. Et prio i genere p^o ponit ſignorum modos. quib^9 diſpōnes epatis cognoſcere poſſum^9. z^o de diſpōnib^9 epatis exequīt. ibi 2^a cōplexionis calide naturalis. Prima in. d. p^o poit dicta ſigna. z^o quia ſigna diſpoſitionū epatis uariabant qñq; pp cordis cōplexiones. ſicut qñq; eccōuerſo cōtigit iō in uno c^o oñdit diuerſitatē q̄ cadit iter cor & epar. in reſiſtendo. ibi z^a. ſcias. P^a i duas. p^o enumerat mōs hap ſignificationū. z^o eos declarādo procedit. ibi 2^a. ſimilitudo. ¶ Pria pars habet. xi. ſicut xi. genera ſignificationū enumerat. ibi 2^a. & qñq; ſignificāt p dolores. ibi 3^a. & ſignificant p opationes. ibi 4^a. & ſignificant p cōitates ibi 5^a. & qñq;. ibi. 6^a. & qñq;. ibi 7^a & que. ibi 8^a. & ex forma. ibi 9^a. & ex eis. ibi x^a. & propter conuenientiā. ibi xi^a. & ex cauſis. ¶ Conſyderandum circa ultimā particulā qđ cās appellat eas que maxie i ſignificādo. rationē hñt cāe. ſicut eſt etas. conſuetudo. quas ipſe explicat. & que annectuntur ut artes & uita. Iſta enim maxie ſignificant. ut rationē habent cauſe. & nq̄tū ex eis aliq̄ q̄litas in corpore derelinqt̄ ut i fine ſequētis capituli ponet Aui. qđ ex iſtis ſumit ſignificatio in qualitatib^9 que in corpore derelinquuntur.

Similitudo. i. ſignificatio que ſimilitudo pōt dici. ¶ Iſtud capitulū ē cōmentū p recedētis capituli. in q̄ Auic. declarat. xi. mōs ſignificationum predictap. ¶ Primo g^o đclarat primā. z^o

fecūdā.ibi z^a.ſimilitudo.Dicit p^o &c̄. ¶ Leuitas.i.extenuatio & macredo partiū eius.ſ.que iunt circa ypocundria ſignificat leuitatē.i.extenuationē & macredinē epatis.uel debilitatē.ſ. epatis.dico debilitatē ꝓpter cōſumptionez.aut apoſtema durū.Nā exiſtente duro apoſtemate epatis macreſcit & extenuaī uenter & ypocundria. ¶ Conſyderandū poſt.ꝙ cū epar ſit figure lunaris.oportet ꝙ materia que in eo colligit̄ & ſecundū illā figurā tumere faciat.& iō apoſtemata epatis ſe rep̄ſentat ſub figura lunari. & in hoc diſtinguunt̄ ab apoſtemate lacertorū. ut infra ponit Auic.& Gal.5^o de interioribus. 7^o ca^o. ¶ Similitudo. ¶ Conſyderādū ꝙ epar habet duplicē pāniculū.ſ.tegētē & app̄hēdentē.p tegentē paniculū dolorē patit̄ extenſiuum. ¶ Sed p apprehendētē dolorē.patit̄ aggeuatiuū magis. ¶ Conſyderandū poſt.qđ opilatio epatis p̄ōt cōpari aut ad apoſtema.aut ad materiā uentoſam.Siquidē cōpet̄ ad materiā apoſtemā tē.p̄ō dici qđ i opilatione epatis ñ eſt grauitas ſ.ranta.Si uero cōpet̄ ad materiā uentoſaz.ut ſic eſt in eo grauitas ¶ Maxime uero accidit grauitas in epate ex opilattone.quia ibi colligit̄ & adunat̄ materia ut Aui.p^o can.fen.z^a.c^o đ.ſignif opilationū. ¶ Verum. ¶ Hic declarat tercium ſignum. ¶ Cōſyderandū aūt qđ epatis opatio non ſolū eſt ſanguinis generatio.ſed ēt attractio cibi.ut fiat ſanguis.& ipulſio ad mēbra.& impulſio uel expulſio ſupfluitatū ad mēbra.Cum ergo tales actus ñ fiunt aut diſtruunt̄.ſignificant epatis egritudines. ¶ Sed tu dices quid uult dicere tuſſi. ¶ Dico qđ opatio epatis non ſolū eſt ipellere ſanguinē ad mēbra & ſupfluitates ad ei^9 receptacula.ſed eius opatio ē ēt ita ipellere ad hoc mēbrū qđ ñ ad aliud.Tuſſis g^o pōt eſſe ſignū ſumptū ab opatione epatis.quia cum epar impellit ad pect^9 materiā quā ñ dēt tunc fit uel fieri pōt tuſſis.& ideo ſignum ab eius opatione eſt. ¶ Dicerez tñ ſi liceret qđ error fuerit hic ſcribētiū. Vellet enim dicere ut in lr̄a ebrayca habet̄ ſicut diſpō ſitis.& ſicut diſpoſitio puſis.i.cōſumptōis corporis facte ex h^o qđ nutrimentū ñ diſptit̄ ad mēbra ¶ Vnde Gal. i tegni illo c^o. ¶ Has uero ꝙ z^m epar.loquēs đ ſignis egritudinum epatis dicit. Adhuc ex his que ſunt.z^m.digeſtionē & nutrimentū. Et ſicut ponit alia tranſlatio.i.ex mutatiōe que accidit ex diſpſione nutrimenti ad mēbra.qa cuz epar non trāſmittit ſit cō.ūptio & ptiſis.& hoc ſignificat ſup epatis diſpoſitionē.niſi ſit ꝓpter malitiaz in alio membro. ¶ Significatiōes. ¶ Hic declarat quartū ſignificationē.erat autē.4^o.ſignificatio ſumpta ex cōitate mēbrorū.aut ꝓpinquoꝝ ſicut ſtōach^9 & diafragma.aut lōginquoꝝ ſic capitis & ſplenis.Primo g^o oſtēdit quō fit cōicatio q̄ntū ad primū mēbruz.z^o.q̄tū ad ſecundū.z^a.ibi.& itē diſpoſitiones. ¶ Dicit p^o ꝙ lz ſitis ſit ex ſtomacho utplurimū. P̄ſit ex ſtōacho tāq̄ eius paſſio.tñ pōt ſignificare ſup epate.& ſimiliter dicit de appetitu & digeſtione & anhelitu ¶ Et ſic̄. ¶ Hec ps hēt duo.p^o facit hoc.z^o.remouet dubiū.ibi.z^a.& iaz.Quia diceret aliq̄s.Nōne cor pōt ꝓmutari ab epate ſic̄ ſtōachus.q̄re g^o ex cordis diſpōne nō ſummit̄ hic iudicium.& dicit qđ iter ea currit diuerſitas &c̄ ¶ In c^o anothōie ibi nihil dixit.lz i c^o cōplexionū.ſ.cordis.et ibi dixit & dicet p^o. ¶ Verꝝ. ¶ Hic determinat quintaz ſignificationē q̄.ē ſumpta ex diſpoſitōe cōitatis .ſ.totiꝰ. ¶ Cōſiderandū ꝙ cū cutis ſit mēbꝝ ſpmaticū ē albi coloris.Epar aūt i naturali ſuaꝫ diſpoſitiōe exiſtēs dz ſanguinē mlt̄iplicare natura lē.cui^9 color ē rubeus.Et iō ueniēs ad cutī facit colorē iter albū & rubeū.& iō.G.i tegni.Cōpetentis craſeos cognitiones.z^m.totaz aīalis hitudinē.Color qđē exalbo & rubeo ꝓmiſtus. ¶ Conſyderandū.p^o ꝙ color plūbinus fit ex flegmate. & iō frigiditatē ſignificat.Color brun^9 fit a melācolia.& iō ſignificat frīdū & ſiccū ¶ Cōſiderādū p^o qđ graſſicies ē duplex quedā carnea.& hec ſignificat calitatē & hūiditatē.qa carnis dominiū ſignificat.q̄dā uero ſepoſa.& illa frigidū & hūidū ſignificat.ſicut adeps.ſiue ſepū a frigido ſiue hūido multiplicat̄. ¶ Expone. & ſicut cōitas calitatis.ſ.in toto corpore ſignificat calitatez ei^9.ſ.epatis.ſi nō feuerit a uehemētia caliditatis cordis. ¶ Et cognſcunt̄ cū ea.ſ.caliditate q̄ fit a toto in corde. ¶ Significatiōes caliditatis eius.ſ.cordis.predicte.ſ.fen.xi^a. ¶ Vel cū ea.ſ. caliditate que fit ab epate. ¶ Significatiōes caliditatis eius.ſ.epatis predicte z^m qđ hic & dicē dū poſt. ¶ Significatiōes aūt ex formis. ¶ Hic declarat ſextum ſignum.licet eſſet in narratiōe facta ſuperi^9. ¶ Iuxta qđ conſyderādū qđ.A. hic & p^o can.fen.z^a.ca^o illo.Accidētia. & ſignificatiōes.aſſerit qđ breuitas digitoꝝ puitatez epatis ſignificat & ecōtra.Q uidaz uero dicūt qđ Aui.per digiſtos intelligit uenas.unde z^o can digitos uenas appellat.dicēs digiti citrini in ſuo capl̄o.hoc tamen nō ē ad mentez Aui.qa hic de uenis & digitis diſtincte loquit̄.Aliq uero dicūt qđ per digitos intelligit pennulas epatis.Ille uero puerilis intellectus ē ¶ Dico ergo qđ p digitos intelligit digitos manus .Videt̄ enim experiētia fore cōpertū qđ digiti z^m puitatē & lōgitudinē puū & magnū epar demōſtrāt ſaltē in ſuis pēnulis.& h^o anathomiſte ſciūt.Cā aūt huius poſſet aſſignari.qa epar omnib^9 mēbris tribuit materiā paruo ergo exiſtente epate paꝝ extra mittit de ſanguine.& maxime ad ultias extremitates ut ſunt digiti.uñ ñ augumētabūt̄ Sed magno exiſtente epate multū tūc đ.ſangui

ne trāſmittit. Et hanc cāz Auer. A. fore ipōſit. eū deridens. 4°. colz. c° de ſignis epatis in fine. ubi homo quē tu ſcis dicit qđ breuitas digitoz ſigni ficat epatis breuitatē. & ex h° apparet qđ neci uit bene ubi eēt uirt? iformatiua nō cōſiderauit niſi i materijs. Videt g° ſentīt Auer. q đ. A. poſu erit hoc. qa epar trāſmittit materiā. ¶ Salua rn̄ ſua pace bene ſciuit Aui. đ iformatiua. & cōſide rauit aliud q̄ materiā. qa conſiderauit qđ neceſſi tas materie qnq̄ dat ne eſſitatē agenti q forma introducat. ſicut qn̄ generat ſextus digitus. Ma gis eniz diligit natura ſextū digitū q̄ qđ illa ma teria fruſta ſit. nec uoluit. A. q̄ informatiua uir tus ponat quantitatez in digitis in cōpatione ad q̄titatē epatis. ſed licet digiti generentur in cōue nienti q̄titate. nō tn̄ ipſi in proceſſu magis uel minus augentur. niſi z^m qđ epar magis ꝑ min^a de ſanguie generat. & hoc ē ſatis cōueniēs & cre dibile magis. q̄ q uola manus uſq; ad extremuz digiti medij ꝓportioneť. i unoquoq; hoie Spacio q ē ab extremitate ſupiori naſi. i. loco ſuperiorū uſq; ad locuz cōmiſſure coronalis capitis. Hoc tn̄ eſt uerū ſicut omnes auctores docēt. cū monent de cauterio fiendo. Ipſe uero Auer. nec omnis con ſyderatio ſua formaz poſſet i hoc aſſignare cāz. ¶ Sz ſignificatiōes ex pūis. ¶ Hic determinat ſeptimū ſignū q erat ſextū ſuperius. remittēs ſe ad ea que dixit de cōplexionib^z cordis. & ad ea q̄ dixit p° can. fen. z^a. c° de ſignis cōplexionū. ¶ Sī gnificatiōes. ¶ Hic declarat octauū ſignū licz ſe ptimū ſupra. ¶ Sz tu dices. i q̄ differt h° ſignuz a ſexto. qđ ēt a uenis ſummebať. ¶ Dicendū q̄ illud erat ſignū ſumptū a uenis ut uariātur. z^m formā. & ut mēbra. z^m. formā uariant. ſz iſtud ē ſignū ſumptū a uenis ut ab epate habēt ortū. ¶ Vērū ei?. ¶ Cōſyderādū hic qđ Aui. uſt re mouere errorē q̄ poſſz cōtigere ex ſigno ſumpto a uenis. nā eliqs poſſz naturaliter habuiſſe epar calidū. & iō haberet uenas latas & apparētes. ſz p accidens potuit incurriſſe frigiditatē epatis & iō ſtātib^z uenis latis haberet illa ſigna frigi ditatis epatis. Vult g° Aui. qđ h° te nō decipiat. & hoc uidem? i exēplo poſito z° de cōplexionib^z a Gal. nā pingues naturaliter habent uenas ſtri ctas. ſz pigues accidētaliter habēt uenaſ manife ſtas & latas. & h° accep t. A. qđ hic dicit đ h° predicto ca°. ¶ Significatiōes. ¶ Hic declarat nonū ſignū. & dic colera exuberas ſignificat cali ditatē epatis. Sz multotiēs ſignificat caliditatē fortē. ut illa que generať p aduſtiōez aut frigi ditatē. ut illa q̄ generať per cōgelatiōez. & prio fať h° 2°. declarat. ibi 2^a. & ille. ¶ Id qđ declarat ē. Diceret aliquis qūo poſſum cognoſcere ſi ep generet ſanguinē flegmaticū colericū uł melāco licū. Reſpōdet qđ pōt cogoſci ex eo qđ ſpgitur ad corpus. nā ſi eſt aquoſus. facit diſpoſitiōez i toto aquoſaz. ſicut accidit in ydropiſi carnoſa Si ē melācolicus facit diſpoſitiōem m elācolicā ſicut leprā ſcabiē &c. ¶ Eſt eni infirmus iſte .ſ. z^m qđ. ſignificat. uel ē infirmū ſupple epar. ¶ Cōueniētia ¶ Hic declarat x. ſignū. ¶ Iuxta qđ cōſyderādū qđ ex cōueniētia & diuerſificā tia iſto mō intēđ ut dixit. A. de cerebro. Natura aūt ē i ſana diſpōe & tūc cōueniētia. i. illa q̄ illi cōuenīūt ſūt ſimilia. ſ. ei. Si g° exiſtēte hōie ſa no iuuať ſecundū epar a calidis ergo complexio eſt calida. contraria uero. i. nocentia. ſ. in diſpōe qua corp^s eſt egrū. ſupple ſunt ſimilia cōponi accidentali. ut ſi homine exiſtente egro z^m epar nocet a calido. eius complexio calida ē. dico ſi n̄ decipiat ipreſſio accidētalis. Vel aliter cōuenien tia. i. epati ſano. ¶ Sunt ſimilia. ſ. ſue cōponi naturali. Contraria uero. i epati ſano. nocentia ſunt ſimilia cōplexioni accidētali. i. ꝓter naturā. Et ex hoc licet arguere. hoc conuenit complexioni preter naturā epatis. & ſibi ſimilať. ergo a con trario hec ē naturalis epatis complexio. ſ. illi cō traria. Vel poſſet euerti littera. Similia ſunt con uenientia complexioni naturali. Contraria. i. diſſi mila ſupple ſunt conueniētia cōplexioni accidē tali. ¶ Et ex etate. ¶ Declarat ūdecimū ſignū. & eius declaratio apparet ex dictis i fine capitu li precedentis.

¶ Scias. ¶ Hic poit diuerſitatē que cadit iter cor & epar in reſiſtēnjs & p° oñdit ſimpliciter qūo ſibi ip ſis reſiſtant. z° compatiue. ibi 2^a. & frigus cordis. Pria in. d. primo oñdit qūo cor reſiſtat. epati. z° oñdit. qūo epar reſiſtat cordi. ibi 2^a. caliditas epatis. Pria i tres. prio oſtendit qūo caliditas cordis reſiſtat frigiditati epatis. 2° oñdit qūo cordis hūiditas reſiſtat ſiccitati e patis. 3° qūo cordis ſiccitas reſiſtat humidi tati epatis. ibi 2^a. & humiditas. ibi 3^a. & ſiccitas. Et ſecundū hanc expoſitionē ubi eſt caliditatē. hēt alia littera frigiditatem. quia illa lr̄a corrupta uidet. Cauſa autem quare uincit magnifice eſt quia cor eſt ſumme calidū i genti atōe mēbrorū Quid ergo erit quādo ponet in numero cordiū calidoz. ¶ Vel poſſes ſaluare illā lr̄az. ¶ Pro pter qđ ſciēdū q̄ cor nūq̄ uenit ad tm̄ gradū. fri giditatis. qn̄ ſit calidi? epate caliditſſimo. Cū g° frigiduz reſiſtens epati calido pōt dici calidum quia adhuc eſt illo epate calidi?. ¶ Ad h° ergo denotandū dixit Aui. q̄ caliditas cordis. ſ. remiſ ſa que in comparatione ad cor tempatū dicitur frigiditas. dicitur tamen caliditas in ſe uel reſpe ctu mediꝝ i genere mēbroz. uincit caliditatē epa tis. Dixit aūt magnifice. ſ. in cōpatione ad ſiccita tē cordis uicētē epatis humiditatē. quia cordis frigiditas quā hic Auic. & merito uocat calidi

tatē.magis uicit epatis caliditatē q̃ cordis ficci
tas uincat epatis humiditatē.ut ipse ponet. Et
humiditas eius.s.cordis ñ uincit ficcitatez ipsi⁹
.s.epatis.Et cā ē.qa ficcitas in epate ē qualitas
male uicibilis.qa epar ē fōs hūiditatis.& ió ei⁹
magna ē ficcitas qñ ē ficcū.& ió cor hūidū cuz
ei⁹ sit pauca hūiditas.qa ē naturaľr ficcū ñ uiē
illā.s.epatis ficcitatē supple nisi debiliter ualđ
& ficcitas eius.s.cordis qñq; uincit humiditatē
epatis parump. Cā ē.quia epar est humiditatis
fons.ió cor ñ.ō pōt illā uincere nisi parum. aut
qñq;.s.qñ esset fortis ficcitas & acuta. ¶ Et ca
liditas. ¶ Hec pars hz q̃tuor.z^m ꝙ quatuor q̃
litates i epate cōsyderanť.de quibus oñdit quō
cordi repugnēt.ibi z^a.& humiditas.ibi 3^a.et ei⁹
frīiditas.ibi 4^a.et ipsi⁹ ficcitas. ¶ Dicit p^o ꝙ ca
liditas epatis debiliter uicit cordis frīiditatē. qa
eget forti reducēte.cū cor sit p^m calidū.recessit
aut multū a natura sua ex frigida cōpone. ¶ Et
hūiditas eius.s.epatis uicit ficcitatem ipsius.s.
cordis.qa cū epar sit multū humidum.& fons
humiditatis multuz: cuz ea pōt resistere. Et ei⁹
.s.epatis frigiditas parū uincit ipsius.s.cordis
caliditatē .cū cor sit fons caliditatis parum pōt
epar ibi resistere cū sua frigiditate. ¶ Et ipsi⁹
.s.epatis ficcitas semp uincit hūiditatē eius.s.
cordis.cā pz. ¶ Et frigus. ¶ Dicit qđ frigi
ditas cordis magis uincit caľitatē epatis q̃ ficci
tas.s.cordis uincat illius.s.epatis humiditatem
& caliditas cordis uincit hūiditatē epatis pl⁹ q̃
uincat ficcitatē ipsius.s.cordis.hūiditatē ei⁹.s.
epatis.Cā eoꝝ ē sicut ponit Gal.in tegni.nam
hūiditas epatis ē media.in uinci iter ficcitatē ex
una pte & caliditatē & frigiditatē ex alia.Pi⁹
enī uincit caliditas & frigiditas cordis calidita
tē & frigiditatē epatis.q̃ cordis ficcitas uincat
epatis hūiditatē.icz uinus uicat hūiditas cor
dis ficcitatē epatis. q̃ aliqua qualitas cordis
uincat aliquā qualitatē epatis. ¶ Et possz salua
ri lr̄a que dicit humiditatē.ut uelit Aui.dicere
qđ hūiditas in epate magis uincit a caliditate
cordis.& h^o per uiā cōsumptionis & resolutio
nis q̃ a cordis ficcitate.& satis saluari posset
licet enim magis formaliter cōtrarietur ficcum
humido q̃ calidum.tamen calidū magis uincit
illud: depascendo.Et lr̄a exterior posset saluari
ut dicatur caliditas cordis uincit frigitatē epa
tis plus q̃ uincat ficcitas eius.s.cordis illius.s.e
patis hūiditatē.Et supple plus q̃ uincat frigidi
tas eius.s.cordis caliditatē illius.s.epatis .& ui
cit frigiditas eius scz cord s etiā caliditatē illius
scz epatis aliquo modo uictorie.& hoc est quar
tum mēbrum qđ deficiebat i p^o.ꝯ huius scz ca
pl⁹.z^m pmā expónez.Dixit aūt aliquo mō uicto
rie.qa ꝑprie frigidū cor nō resistit calido epati
cū cor frigidū sit calidi⁹ epate calido.scz resistētia
ē aliquo mō.z^m.declaratū fuit supr̄.xi^a.fen.&c̄.

Signa. ¶ Hic exequit de dispositiōi
bus.& p^o de naturalib⁹ dispositio
nib⁹ scilicet cōplexionalibus.z^o.de
dispositionib⁹ egritudinalibus.ibi.
z^a.epar.Pria in duas.p^o ponit signa cōplexionī
epatis naturaliuz simpliciū.z^o.cōpositarū.ibi.z^a.
signa eius.Prima in q̃tuor.z^m.qđ quatuor sunt
cōplexiōes simplices q̃rū signa pōt.ibi.z^a signa
& c̄.pz. ¶ Amplitudo uenaꝝ. qa calidi ē dilata
re. ¶ Ipsaꝝ manifestatio.qa ample.Et ex parte
cōtenti.calefactio pulmonis.i.partium que circa
pulmonē sunt & corporis &c̄.ii ñ resistat &c̄.
lr̄a exterior magis e ad ꝓpositū eius ꝙ uult pro
bare.& illa ē ad ꝓpositū supplendo sibi extrinse
caz. ¶ Multitudo generatiōs colere.Cā ē naz ꝑ
pter multā caliditatē que etiā in tuuētute magis
acuitur fit colera.s.rubea.sed in declinatiua sclz
etate.quia nimis augetur ficcitas fit melancolia.
¶ Multitudo pilorū.qa ibi ē calidū eleuans ua
pores.& intelligatur nō solū in ossibus pectoris
iz ēt ypocūdrij. ¶ Fortitudo appetit⁹.qa epar
multū exiccat a stomacho nō soluz hūiduz subti
le unde fit sitis.sed grossum unde fit fames &c̄.

Signa. ¶ Suppōens hic signa ēē no
ta qa cōtraria ꝓdictis.Addit đ con
traoꝑātia dicēs ꝙ cordis frigiditas
min⁹ uicit caliditatē epatis q̃ calidi
tas ei⁹.s.cordis uicat illi⁹.s.epatis frīiditatez.& hoc est notū.& addit ꝙ huic accidūt febres.qa
uirtus est debilis non potens hūidū regere.& sanguis est subtilis aquosus.& cetera.

Signa.paucitas & grossitudo &c̄.
qa ficcitas cōsumit exicādo.& exi
cando igrossat.& ideo hñt uenas
uacuas. ¶ Spissitudo.i.multitudo
qa sunt multū spissi.& cā ē.quia ibi ē materia
eorū multa ut siccus uapor.& quia multū sic⁹
ē uapor ille.ió ēt sunt crispi.ut sumit i de cōple
xionib⁹.& accidit đ istis cōtrare sistētijs.qa cor
sua humiditate non sequitur uincendo ficcitatē
epatis &c̄.Omnia ex predictis patent.

Signa.ea presupponens esse nota.
¶ Hic ex cōtrario addit de resistē
tijs istis.& patet.

Signa. ¶ Hic ponit signa cōpositā
rum complexionū.Et hēt hec pars
secundū textū quē habem⁹ ab.A.
tres partes.quia signa frigide &
humide cōplexionis non ponit.licet iueniať exte
rior additio facta que nō uideť fuisse Auic.ut
mod⁹ loquendi ꝑmit. ¶ Dicit prio ꝙ signa ca
lide & sicce cōplexionis epatis naturaľ sunt &c̄.
¶ Amplitudo uenarum sequēs complexionem
qualī dicat.A.i illo uene non sunt absolute āple.
sed iq̃tum complexioni debetur.nā ficcitas i illis

contrariatur amplitudini ſed caliditas eſt cauſa amplitudinis.& iō hec amplitudo ſequitur cō plexionē.ſcz calidā que ē i eis.uel repletionē.qa q̄ticatē repletōis hūoꝝ multitudo generationis colere.ſupple i iuuentute & melācolie & c̄.cā dicta.ē.& ſiccitaſ corporis.ſ.ad tactū ſuple.& caliditas ſi ñ diuerſificauerit ipſam.ſ.caliditatez cordis.& hoc uidet concordare dicto ſupra.qa iam Auic.poſuit qđ humiditas cordis rō ſeq̄t ſiccitatē epatis.uel poſſet exponi ſicut iacet.qa licet hūiditas cordis nō reſiſtat ſiccitati epatis. Attamen pōt aliqualiter reſiſtere.uñ tact⁹ a ſiccitate corporis aliq̄liter ſz pꝛ ualde pmutabiſ

Sſ Ignificant.¶ Conſyderandum q̄ cū cā generatiois piloꝝ ſit caliditas et ſiccitas.Vna effectiꝫ magis.Alia magis materialiter. Plures erūt pili in calida & ſicca cōplexione epatis.in qua ābo cōueniūt q̄ i calida et hūida.Et ñ ſolū plures.ſed ēt criſpi magis & ſpiſſi.teneritas.qa paſſibiles ſatis teneri tact⁹.Et cū caliditas & c̄.Et cā ē.qa tūc hūidū ē ſubiectū dominio calidi.ſed ſi humiditas eſt magis dominans ſupra calidum feſtinant &c̄.Conſeruatur enim in eſſe unūquodq̄ humidū ꝓprio calido.& accidentali pꝛ trefit.ut xi.terap.& quarto de ſimplici medicina.&c̄.

Sſ Ignificant.¶ Hic ponit ſigna complexionis frigide & ſicce naturaſ.

Sſ Ignificant.¶ Hic eſt textus adiunctus extrinſecus.nec modus Auic. fuit.ſed ex oppoſito ſumpſit hec ſigna ſi quis inſpiciat.& patent &c̄.

Qđ Pati accidūt¶ Hic tractat đ diſpoſitionib⁹ epati egritudialib⁹.& p⁰ i ſumma ennumerat mōs egritudinuꝫ quos epar patiť.& mōs terminationū illarū.z⁰.exequiť de unaquaq̄ illaꝝ.ibi. malicie cōplexionis.Prima i duas p⁰ narrat egritudines epatis.z⁰.oſtēdit modū terminatiōs illaruꝫ.ibi.z⁸.& egritudinū.Prima in duas.p⁰ ēnumerat egritudines epatis que ſibi p ſe accidūt.z⁰ oſtendit eas que ei eueniunt p cō.ta em.ibi.z⁸.& q̄ñq̄. Cōſyderandū q̄ cōplexionez uocat ꝓpriętatē eſſentialiter.qa cōplexio maxime mēbro ē eſſentialis.uel in pluribus locis eā.Gal⁹ ſolet appellare.& naturā uocat.ut de iuuamentis p⁰.& 3⁰.de cōplexionib⁹.¶ Cōſyderandū p⁹ q̄ epar cōpatū ad alia mēbra ꝓncipalia ē qđđā mēbruꝫ carnoſū.cōfuſuꝫ nō diſtinctū i uentriculos.& iō pōt fieri i eo ſolutio cōtinuitatis.nō ſic cito itetficiens.ſicut illa que cordis uel cerebri. Et q̄ñq̄.¶ Primo oſtendit qđ aliq̄b⁹ mēbris pōt epar cō

pꝛti z⁰.oſtendit diuerſitatez cōpaſſionis ad illa mēbra.ibi.z⁸.ſz ſtōacho & diatragmati.¶ Cōſiderandū q̄ nō ſolū apoſtemata p cōitatez ſibi accidūt.uel ēt alie paſſiones.¶ Conſiderandus p⁹ q̄ p iteſtina ſupiora poſſumus itelligere aut ſupiora.z⁰.ſitiz.& iſto mō groſſa iteſtina ut colon ē ſupius tāgens epar.iuxta chiſtifellis Alio mō poſſunt dici iteſtina ſupiora.z⁰.alligantia.et iſto mō ſubtilia ſunt magis ꝓpinq̄.qa maiores uene meſeraice uadūt ad illa.Ex q̄ appz q̄ inteſtina magis epati cōicent.nā cōicatione q̄ ē p uiā ſitus.nō min⁹ cōicat iteſtinū groſſuz q̄ ſubtile.ſaltez q̄ yleon.ſz cōitate p alegantiā.magis illa.ſubtilia cōicant.¶ Sz qđ ſtōacho felli & meſeraicis & inteſtinis cōicent uene cōcauitati epatis.nō ē dubiū.Sed qđ dyafragma cōicet cōcauitati epatis.uidet manifeſte falſuz.p⁰ qa ipſe ſubdit cōtrariū hic.& infra.ca⁰ de ydropiſi.Reſpōdet q̄ daz lr̄am fore coruptā.ut ſermo ipſe Aui.p⁹ explicat.Credo tn̄ ſic poſſe ſaluari.nā dyafragma duas hēt partes.ſ.anteriorē uerſus toracez & poſteriorē uerſus dorſum.Pars anterior dyafragmatis nō ē dubiū qđ cōicat epati q̄tum ad gibboſitatē.ſz pars poſterior cū ꝓtendať iferi⁹ & treminet iuxta ultimā coſtam mēdoſaz.illa pōt cōicare uenis meſeraicis mediāte meſenterion.& in ipſis.& tandē concauitati epatis.¶ Cōſyderādū qđ qa uenes alligāť uene đſcēdenti a gibbo epatis.oportet qđ gibbo cōicēt¶ Et egritudinē.¶ Cōſyd erādū qđ materiā ſudorē facientē nō ē neceſſe ꝓgredi p uenas.ſz ipſa reſoluta i uaporez p poroſitates membroꝝ pōt penetrare.aut ſit neceſſe hāc materiā.per uenas ire.cū ipſa ſit ſubtil⁹ uaporoſa.ſic. poterit ex cōcauo ad gibbū aſcendere aut reingredi uenā deſcendentē ad corpus ꝓpelli.Sic g⁰ materia cōcaui epatis.His cauſis pōt p ſudorē educi Dixit aūt Aui.ut in pluribus.qa nō ē incōueniens quandoq̄ econuerſo accidere &c̄.

Qm Alicie¶ Enumeratis egritudinib⁹ epatis¶ Hic in ſpāli.đ illis exeq̄ť.¶ Et p⁰ exeq̄ť đ egritudib⁹ epatis.z⁰ đ ediſpoſitiōib⁹ ptiuz epatis.ibi in fine.in ypocundriis.¶ Prima in duas.qa p⁹ exequitur de egritudinibuſ cōplexionalib⁹.z⁰ de aliis ſpālibus egritudinibus epatis.ibi z⁸ in z⁰ tractatu inquit Gal⁹.epat.cus.Pria in tres. primo poit ſigna malaꝝ cōplexionū epatis.z⁰ ponit cano.generales curationis epatis cū ſuis āne xis.3⁰ poit curā malaꝝ cōplexionū epatis.quaꝝ ſigna poſuerat.4⁰ ſpāliter determinat đ quadā diſpōne epatis.ibi z⁸.in epate neceſſaria.ibi 3⁸. oportet ut ſit ſubtiliario.ibi 4⁸.minorať epar. Pria i quatuor.ſicut quatuor ſunt ſimplices male cōplexiōeſ epatis.quaꝝ ſigna pōit Primo g⁰

ponit signa; male cõplexiõis epatis calide 2ª q̃dã declarat .ibi 2ª.& illa q̃ ẽ meª ¶ Consyderãdũ qđ illa sitis pót cõpari aut ad sitiz sicchi.& sic ꝓprie potu aque non extinguit̃.qa multa epatis iflammatio cito illã aquã resoluer.& iõ ista sitis magis extinguit̃ emplastris ifrigidantibꝰ ¶ Cõ syderandũ pꝰ diceret aliqs qũo caro epatis pót p uentrẽ educi. ¶ Dicẽdũ ꝙ cũ epatis caro liq̃fit & resoluit̃ aut putrefit p saniationẽ & dubelet. pót reingredi uenas.& retinet̃.& putrefit.& tã dẽ per meseraicas extra educitur. ¶ Et cõsequi tur ca.z.s.malã cõplexionez calidã rasurã intesti norũ.i.dissinteria ut qñ euacuant̃ hũores acuti. ¶ Cõsiderandũ pꝰ ꝙ stipticitas uentris i his pót esse absq; grauitate in lateribus.qa ẽ ꝓpter mul tã exiccatiõez & resolutiõez fecis.& iõ minorata & resoluta nõ grauat tantũ.quantũ ꝛhis in qui bus uenter ẽ stipticus.absq; tali resolutione.sed ex simplici retentiõe. ¶ Et illa. ¶ Declarat que mala complexio generat coleraz.& que melanco liam.ut sit fluxus colericus uł melancolicus.Et pº facit hoc.zº.resummit declaratioez quorũdã signorũ.ibi.zª.& quandoq; nõ intelligat̃ media ꝓprie.sz media.i.ñ multũ excedens ut adhurat. ¶ Et i plurimo ipsiꝰ.s.male cõplexionis calide epatis.non ois res &c̃.supple quia pót ẽẽ carno sitas epatis. ¶ Cõsiderãdũ ꝙ uirulẽtũ qđdã ẽ imateriale factũ ex putrefactõe epatis. qđdã ue ro ẽ materiale.ut factũ ab hũorali.materia uiru lẽta.Dicit gº ꝙ ablutũ.i.egestio ebulitia.i.laua tiua.sic lotura carnis.& uirulẽtũ materiale.i.ui rulẽta egestio.ꝓp materiã ñ ꝓp epatis putrefa ctionẽ rectificat̃ supple ab illa malitia.supplꝫ deinde ingrossatur.Cã eni quare erat ablutiua egestio & uirulẽta.s.subtilis.erat debilitas uir tutis expulsiue nõ potẽtis expellere nisi subtile & iõ cũ expellit grossum fit egestio fetida.& nigra.sicut.in febribꝰ pestilẽtialibꝰ.s.quando ad bonũ quãdoq; terminãt̃.quandoq; uero.fit ecõuerso qa quãdoq; a principio egredit̃ san guis uirulẽtus ut pus.s.grossum.deinde ꝓpter debilẽ expulsiuã egredit̃ solũ subtile.&c̃.

Signa. ¶ Prio ponit quedã signa fri gide cõplexionis epatis.zº ispãliter exeq̃t de signo sumpto ab egestiõe 3º.ponit quedã alia signa.ibi zª.& egestio.ibi.3ª.& quãdoq; sigficat ¶ Difficultas .i.motus sanguinis eiꝰ.si ab eo egrediat̃.uel cur sus.i.motus sui corporis.qa frigus fac̃ imobile ¶ Corruptio coloris.qa aliqñ plũbeꝰ ãt niger ¶ Liquefactio.materie.s.egrediẽtis p uẽtrẽ.& hº accidit p admistiõez sparis cũ ea.aut qa epar nõ trahit.Et q̃nq; denigrat̃.ał nõ denigrat̃ &c̃.s. per congelationem ¶ Et quandoq; fit citrina ꝓp putredinalẽ caliditatẽ.et iõ acquirit̃ aliqua citri nitas.quia ibi est frigiditas naturalis.iõ tendit ad colorẽ nigtũ quasi clar parũp sicut ẽ color fisticoꝝ Et flegmatis ꝓprietas.i.complexio.Et grossitudo.s.exeuntis uel hũoꝝ.uel grossitudo .i.uirtutũ apprehẽsiuaꝝ ꝓpter &c̃.Tepiditas .i.raritas & tarditas. ¶ Et egestio. ¶ Prio po nit diuersos mõs egestionũ consequẽtiũ hãc cõ plexionẽ.& pº facit hoc zº ponit signũ huiuꝰ cõ plexionis ex quadã dispõne eã sequẽte.3º resuit diuersos mõs egestionũ consequẽtiũ hanc cõple xionẽ frigidã epatis. ibi zª.& q̃nq; cõsequũtur ibi 3ª.& q̃nq; est initio. ¶ Dicit pº ꝙ cũ ea.s. mala cõplexione frigida epatis q̃nq; subtiliatur egestio.& humectat̃.& hoc est.q̃n ab epate ali quis humor aquosus ad intestina ꝓfluit.sed nõ est continuo.sicut ñ cõtinuo expellit̃.q̃uis sit eiꝰ .s.male cõplexionis frigide.Inceptio & euentus elongat̃.non multiplicatur cũ eo.s.hñte malã cõ plexionẽ epatis frigidã. ¶ Fluxus uẽtris ¶ Cõ syderandũ ꝙ in mala cõplexione frigida epatis multiplicat̃ fluxus uentris.Aut q̃n contentiua e patis deficit.Aut q̃n epar ipellit hũorẽ aqueuz uel aliũ ad intestina.& qa nõ semp ẽ hoc necessa riũ.et licet sit plõgatꝰ.iõ ñ ẽ necessariũ ꝙ sit flu xus supflu ¶ Dixit aũt supfluꝰ.qa stat cũ eo flu xꝰ factꝰ ex debilitate attractiue epatis.uñ relin quit egestionẽ hũidã fluxibilẽ. ¶ Et in fine.qa cũ ad ultimũ puenit.egredit̃ aliqd simile feci sanguinis.quia melãcolia p congelatiõez facta nõ fit &c̃.qa cũ eo nõ sit ut uerus sanguis nõ pót ẽt putridꝰ egredi.s.q fuerit ꝓꝰ uerꝰ ¶ Et q̃nz.pz ¶ Et q̃nz &c̃.Virulẽtꝰ.cã huiꝰ igrossa tiõis posset ee.aut fortitudo expulsiue.& ẽ bo nũ aut uehemens cõgelatio & ẽ malũ. ¶ Et q̃nz ẽ fluxus similis lauature &c̃.Et hº ẽ quãdo ẽ defectꝰ in sanguifica uirtute & id cũ appetitu sigficat frigꝰ qa maxie sanguifica ipedit̃ cũ cõi cat̃ stomacho acuit appetitũ &c̃. ¶ Et si accidit &c̃.qa illi corrupti hũores appetitũ deiciũt.& simul faciunt fluxũ illuz ¶ Et plurimũ &c̃.quia hec uirꝰ ut plurimũ a frigido deficit.In fine re dit appetitus ꝓp idigentiã nutrimẽti.& iõ spas mat̃ .i. siccatur mitach. ¶ Et q̃nq; sigñant.pz.

Signa.subtilitas; urine.quia siccitas cohartat ipas uias epatis.qa exiccat ipos hũores q urie misceri debent. ex qb̃ grossa reddit̃.

IN epate. ¶ Ad sciendũ in genere can.curationis epatis.Scire cõuenit res cõueniẽtes epati.& res sibi no centes. ¶ Primo ergo Auic. ponit canões curatiõis dispositionũ epatis.zº põit res sibi nocentes & iuuantes.ibi.zª.scias ꝙ it romit tere .Prma in duas.pº ponit canones cões magis rº.spales.ibi.zª.& melior. ¶ Sed tu dices.alia

uidentur esse necessaria in cura cōmuni apostēa
rum & ulcerum reliquorum membrorum. &
alia in epate. Q uia modus curationis diuersifi
cat̄ n̄ solū ex morbi natura. sed ex mēbroꝝ diuer
sa cōplexione compositione & situ. ¶ Dicendū
ꝙ nō sunt necessaria ea appropriata. sed ea cōia
magis. sicut istud capitulū ē ḋ canonibꝰ cōibus
¶ Vel in reliquis mēbris principalibꝰ uel nobi
libus ut calida sunt. ¶ Et melior. ¶ Prio pōit
can. ex pte hore tributionis medicinarū. 2° ex pte
medicinarū secundū se. ibi 2ª. & oportet. ¶ Cō
syderandū ꝙ hora exhibitionis exopilantiū dēt
esse in qua epar ex eaꝝ penetratiōe lesionē nō
habeat. sꝫ iuuamētū. Si uero dant̄ ante digestio
nez chili in epate & duꝫ est in trāsitu a stōacho
ad eū faceret chilū indigestū penetrare. Et ideo
cōueniēs tēpus ē cū iā epar digessit & mēbris
sanguinē distribuit. i quo tēpore uie que a stōa
cho ad epar uadūt sunt apte. Et iō ex cōsuetudi
ne hominū ē dare ista deopilatiua in mane cū
homo surrexerit. a somno. s. in medio tēpore ab
hora surgēdi a somno. ¶ Et balneatōis. que fit
cōsuetis balneari rpe sanitatis. Et iō Gal. 9° ḋ
re. sani. loquēs de appetitiuis. Huius mōi mel
ē bibere in medio tēpore surrectionis ex somno
& balnei. Digestis eni his que reddūtur exuē
tre ad epar melius offeremus hec talia. ¶ Et o3.
¶ Primo ponit unū can. ex pte cōpositōis medi
cinaꝝ. 2° ostēdit maliciā erroris. quoniā cōtingit
cū cadit error sup epar. 3° ponit can. sumptū ex
parte modi substantie medicinaꝝ. 4° pnit can.
q debet attendi spāliter in quibusḋā medicinis
5° ponit spāle iuuamētū quarūḋā medicinarū
sup epar. ibi. 2ª. & scias. ibi 3ª. & oportet. ibi
4ª. & subtiliātiū. ibi. 5ª. & omnes qdē endiuie.
¶ Cōsyderādū circa quartā ptē qḋ aptiua &
subtiliatiua. s. fortia. ut aqua de. 5. radicibꝰ & se
minibꝰ generāt diuersos hūores. āt acuēdo san
guinē & exiccādo. aut generādo diuersos mel ā
colicos hūores p adustiōez. āt cōmouēdo. & iō
hūores qetos faḉ motos appētes. Et iō cōuenīēs
ē facere subsequi lenitiua ut cassiā & tamarindos
& hoc i febribꝰ aut calefactiōibus. ¶ In morbis
uero longis in qbus suspicamur ḋ adustione. &
calefactione nō tiemꝰ. simꝫ cū radicibꝰ i sirupis
admiscere thimū & epithimū. & sene. ut a fideli
experto didicimꝰ. & rōi cōuenit. ¶ Adipē lupꝰ lꝫ
Symon dubitet ḋcō ppter tex. repertū. 4°. can
fen 6ª. c° de morsu canis rabidi & lupi. Hec gª
uidetur habere ꝓprietatē. & iō crederemoꝫ &c̄.

¶ Scias ¶ Supius. A. posuit cano ul'es
in curationibus epatis. ¶ Hic ostēn
dit res q̄ epati conueniunt. Et prio
ostendit diuersas res epati nocentes
2° spāliter de quibusḋā rebus ꝓsequit̄ ostendēs
cāz q̄re epati nocent. pulmoni uero cōueniunt ut
sūt dulcia. ibi 2ª. & uinū dulce. ¶ Dubitat aūt
aliquis. Vtrū uiscosuz nurimentū epati noceat.
& uidet̄ ꝙ nō. nā Aꝝ. 21ª. pblematū. 2°. pblema
te. triticū sup ordeū extollit. qa uiscositatē habz.
¶ Dicēdū ꝙ uiscositas i furmēto ē duplex q̄dā
mīta qua furmentū ē glutinosuz ul' adherēs. ul'
opilatiuū sic̄ ē uiscositas q̄ ē i furmento cocto.
& ista. uiscositas epati nociua ē. & etiā mēbris.
qa opilat. Et iō si aliqḋ furmentū coctū cōcedit̄
quando qñ ipſa facit dolorẽ membra ꝓhi
bentur a motu pp dolorẽ. ¶ Et nota ꝙ ois
mala complexio põt eſſe cauſa debilitãdi mẽ
brũ. ſed non omnis mala complexio eſt cauſa
attrahendi materias ad locum niſi mala com
plexio calida. ¶ Cauſa inſtrumẽtalis .i. ad
iuuans. Aut ex creatione ſua. aut ex alia cauſa
effectiua illorum dolorum .eſt cauſa huius.
¶ Amplius hic declarat iſtas cas. prio illã
que ſe tenet ex parte pacientis. ſecundo cãs
efficientes ſecunda ibi cã autẽ ¶ Dicit prio
ꝙ bonũ ẽ diuidere utrũq illorum membroꝝ
diuiſionis. Ille egritudines .i. iſti dolores nõ
ex parte complexionis ſue. 3 ex pte ſubitãtie
late huiuſmodi diuiſio .i. propter dolores &
cauſas extrinſecas. A diuiſione complexionali
quia mediante cõplexione hoc faciunt ¶ Ca
autem declarat cauſas efficientes. primo hoc
ſecũdo ponit cauſas cauſaruz. ſecunda ibi &
cãe. ¶ Dicit primo qđ cauſa efficiẽs ẽ mala
complexio & &c̃. aut in mẽbro principali princi
paliter pari aliter .i. in corde & epate Crudi
tas .i. latis ſubtilis ſingularis .i. humor ſubtil.

purus. ¶ Dubitatur utrum dolor iunctura rum magis fiat ex flegmate uel magis ex co lera probatur ꝙ magis fiat ex flegmate qa multiplicatur in iuncturis. 2° quia in senibus fiunt magis isti dolores in quibus habundāt flegmata. ¶ In oppositum est Auic. ¶ Di cendū qđ flegma aut fit per uiam congestio nis. aut per uiam defluxus. primo mō dolor iunctuarum fit magis a flegmate puro q̄ a permixto. cum colera. 2° modo fit magis a flegmate et colera simul. Ratio ē qa colera subtiliando flegma magis penetrat. 2° quia flegma esset nimis grossum. ¶ Ad rationes .1. d. flegma & c̄. uerum ē per uiaz congestio nis. sed non per uiam defluxus. ¶ Ad aliam đ senib⁹. dico ꝙ ē pp đbilitatē uirtutis. ¶ Et cause declarat cat sas cāx. prima in quatuor sicut ponit quatuor maneries causax 2ª ibi & de cat sa. 3ª ibi & frequentia. 4ª ibi & si aduenerit pª patet. Hui⁹ caus⁹. s. efficiētis Ex cat sis eius. s. dolox uel harū materierū ¶ Et de causis ponit alias causas. ¶ Et fre quentia ponit alias. Cum aūt pōit alias.

¶ Vnū corū. s. dolor iunctuax & febres ex putrefactione ¶ Et aptiores. pōit decē cā. secūda ibi & nō quidē tercia ibi & mltociēs quarta ibi & plurimū. quinta ibi & dolores ¶ Sexta ibi & multociēs. septia ibi & aptiora octaua ibi & cum succur. ē nona ibi & qñ apparet decima ibi & de habentibus. prima patet cū sedatione & alteratione. ¶ Et non quidē ponit secunduz can. A regimine p°. s. cordis & & aliorū mēbrox. ¶ Et mltotiēs ponit aliū can. inter digitos. s. manus uel pe dis. Sedaē quādoq. s. cessat cursus. s. mēbro rum. unde multa materia sanguinea attrahi tur. ¶ Et plurimum. ponit quartū. et ista ē sentētia cōmētatoris. 6ª pticula afforismox.

¶ Explicit scriptum Gentilis super totū tertiū canonis Auic.

¶ Impressuz Papie p Damianum de cōphalo nensis de binaicho.

¶ LAVS DEO

INCIPIVNT breues ūeruꝫ ūtiliſſime re
cepte Gentilis ſup p[a] quarti. A. q̄ apud ppau
cos habebant̄. repte tn̄ apud clariſſimū docto
rem. d. Magiſtrū Pantaleonez de cōflentia. et
per ipm reuiſſe. eoq; ꝑcurāte Papie ꝑ Magi
ſtrum damianuz de cofaloneriis de binaſcho
in fine ſcripti eiuſdē Gentilis ſup 3° Auicene
feliciter impreſſe.

INCLINATVS multoꝝ ꝑcibus ut ſupra
quartū can. receptas facerē uobis dilectis me
is qui in ſtudio mecuz laboraſtis. poſt. xviii.
mee ꝑtice & poſt 4[m] lecture mee ceteris i uni
uerſo ꝑficere uolētib[9]. decreui ſecretiora ſcri
bere medicine. In nomie patris & filii & ſpi
ritusſancti Amen.

Et ꝑmo ſup p° d̄ fe. effi[a] cāta ex anguſtia. &
primo tamē preferam capitula hec.

Ca[m] p[m] De effi[a] cauſata ex anguſtia.
Ca[m] z[m] De effimera cauſata ex uigiliis.
Ca[m] 3[m] De effi[a] cauſata ex eūoe ſupflua.
Ca[m] 4[m] De effimera cauſata ex ſincopi.
Ca[m] 5[m] De effimera cāta ex opillatione.
Ca[m] 6[m] De effi[a] cāta ex nauſeatia ſacitate
Ca[m] 7[m] De effimera ex apoſtemate.
Ca[m] 8[m] De effi[a] cāta ex ſoliditate & frigi
ditate mēbrorum exterioꝝ.
Ca[m] 9[m] De effimera ex ebrietate.
Ca[m] 10[m] De effimera ex cibo.

Capitulū p[m] de effimera cāta ex anguſtia.

QVIA hec ſe. q̄tum eſt de ſui natura
indiget alterātib[9] ꝛō cōſuererūt ali
qui facere pomū q̄d eſt. ℞ rox. rub.
illius āni ellectaꝝ. ʒ. iii. floꝝ uiolaꝝ nenufaris
an. ʒ. ii. ſandaloꝝ alboꝝ & ru. an. ʒ. i. cāphore
. q̄. iiii. cere noue quatā. i. miſſe oia maſſellan
do cū aqua roxata ellecta & fiat pomū ꝑfora
tum q̄d odoret. quod pomū dico non ualere.
qa uirt[9] alteratiua nec odor hñt effectū quē
debēt rōne mixtionis qa cera uiſcoſa eſt. Fiat
ergo alio mō & ſequit̄.

℞ rox. rub. ellectaruz illius āni. ʒ. iii. floꝝ uio
laꝝ nenufaris an. ʒ. ii. utriuſq; ſandali. an. ʒ. i.
cāhpor̄. q̄. iiii. ſemis papaueris albi. ʒ. iii. pul
uerizent̄ oia & fiāt de iſto puluere due ꝑtes
quaꝝ una ponat̄ i pāno lineo delicato & lige
tur in modū pile. & d̄ alia medietate fiat un[9]
paruus ſaculus qui ſit i for[a] cordis & ambo
madefiāt in epithimate q̄d ſequit̄.

℞ aque roxate ellecte aque nenufaris. an. ℔.
i. aque acetoſe aque endiuie aq̄ cucumeris aq̄
cucurbite aque bugloxe. an. ʒ. ii. aceti albi. ʒ. i.
ſandaloꝝ alboꝝ & rub. an. ʒ. ii. ſuci pomoruz
acetoſoꝝ facta reſidentia. ʒ. i. camphore. q̄. ii.
& fiat epithima & non ponant̄ mucilagines.
quia rōne uiſcoſitatis opillarēt. In iſto epithi
mate madefiāt pilla & ſaculus & mediocriter
exp̄ſſi odoret̄ pilla tenendo eā i manu & ſacu
cul[9] regioni cordis applicet̄. Itē alteret̄ aer
cū aceto & aqua mixtis que aſpgant̄ in came
rā & parietes camere cū eiſdē madefiāt. Itez
ſternat̄ camera cū foliis uitis albe & foliis ſa
licis & ſumitatib[9] populi & fiat hoc niſi came
ra fuerit reumatica. Itē pōt alterari cū cāpho
ra ut fiat cataplaſma cū aliq̄ uaſe perforato
ſubtiliter ualde in fūdo q̄d uas ſuſpendat̄ in
camera & ipleat̄ aqua & ſub illo uaſe ſit pel
uis uel aliq̄d in quo recipiat̄ aqua diſtillans
& illud in quo aqua recipit̄ ſit plenum foliis
añ dictis. Itez oia pñt fieri in eſtate magne ca
liditatis ne dum ad curaz effimer̄ illius imo
ēt ad alterādū aerē ꝑ magnatib[9] & nobilib[9].

Ca[m] ſecundum de effimera cāta ex uigiliis.

SVPRA ca[m] effimere ex uigilia oz
ſomnū ꝓuocare ut ſequit̄. ℞ ſucci
ſempuiue uel craſule uł barbe iouis
ſucci lactuce ſuci portulace ſuci cucumeris ſu
ci cucurbite oiuz facta reſidētia. an. ʒ. ß. aque
rox. aque nenufaris. an. q̄rtā. i. utriuſq; ſāda
li. an. ʒ. i. ſemis papaueris al. fortiter cōquaſ
ſati. ʒ. iii. ſumitatū ſolatri. ʒ. ß. & ſi uis forti[9]
facere adde ſuci folioꝝ mandragore. ʒ. ii. & ſi
iteꝝ forti[9] opii maſticis puluerizati. an. ʒ. ß.
miſſe i modū epithiātis & applice t̄ timpori
bus & pulſib[9] brachioꝝ cū pānis ibidem ma
defactis. Et nota q̄d aliq addunt acetuz q̄d ſi
addat̄ ſit ualde paꝝ quia ꝓuocat uigilias ut
infra dicet̄. & qa tp̄us nō ſemp eſt optimum
ſi ſucos facere nō poſſes uraris aquis quod ſi
oia habe t̄ nō poſſes cape q̄d poteris qa iſta ſi
mul mixta uel ad hoc ꝑ ſe ualēt. Nota ꝙ ſup
oēs herbas que ad hoc ualēt eſt memithe. i. ce
lidonia agreſtis & ē ſecretū & ualet i freneſi
mł tū & ſit fortiter cōquaſſata & timporib[9]
linita. Item ad idez ualet ung[m] q̄d ſequit̄. ℞.
olei nenufarini olei mādragore oł i d̄ papaue
re. an. ʒ. ß. ſemis papaueris albi fortiter conq̄ſ
ſati. ʒ. ii. opii tebaici. ʒ. i. croci ℈. i. ad remouen
dū malitiā opii cere albe. ʒ. ii. fiat ung[m] bene
curſibile & lineant̄ pāni linei & applicentur
timporibus & ſup̄ uenas ſubeticas que ſunt
in fronte uel collo uel ēt ungat̄ pānus lineus
& applicet̄ cū unguento populeon. uel ſic. ℞
lactis mł ieris lactātis feminā q̄rtaz. i. albuina
ouoꝝ duo ſemis papaueris albi fortiter conq̄ſ
ſati. ʒ. i. miſſe. uel ſic ℞ farine ſemis papaue
ris albi. ℔. ß. aque rox. ʒ. i. aceti albi. ʒ. ii. al
bumina ouoꝝ numero. ii. fortiter agitata la
ctis mulieris q̄tum ſufficit & fiat emplaſtꝝ

qđ tepidū ponaŧ ſup̃ frontē. Itez aliq̃ fomē tāt p̃us frontē & timpora ad apiendū poros ut poſſint meli⁹ ſubintrare ſomnifera & hoc cū ſpongia infuſa i aqua decoctiōis uiolaꝝ ne nufaris ſe. papaueris albi q° facto ſupponūt illud qđ ſequiŧ uel remedia ante dicta. ℞. caſ ſie lignee. ʒ. i. opii. ʒ. i. croci. ʒ. ß. fiat puluis & incorporeŧ cū ſirupo uel ſuco papaueris uel cū aliquib⁹ aquis uel ſucis uel oleis añ dictis & appliceŧ ſup fronte & timporib⁹. Itē odo ret pomum mādragore folia ſalicis folia cāne folia uitis & ſup̃dicta aut p̃uoceŧ ſomn⁹ cuz cibis & potib⁹ ut ſi fiat lac amigdalaꝝ addē do ſeis papaueris albi. & fiat ſic. ℞ amigdala rum dulciū excorticataꝝ. amare. n. ſunt caliđ quartū. ß. ſemis papaueris albi. ʒ. ß. cōteran tur cū aqua frigida q̃ip̃a opillat & diſſoluā tur & fiat lac & p̃pineŧ. Itē ad idē uidi ad dere uinum i cibis prouocat. n. ſomnum quia uinū multiplicat uapores aſcēdētes ad capm quibus multiplicatis fiet opilla° uenaꝝ ſubeti caꝑ. Et illud nō debz dari in fe. nec i paſſioni bus dolorꝝ capitis. Itez ℞. cōſerue uiolaꝝ con ſerue nenufaris. an. ʒ. ß. ſeis papaueris albi. ʒ. i. ſemis iuſquami. ʒ. i. panis zuchari quartū. ß. miſſe. Itē diſſoluaŧ opiū i uino & bibatur ut faciunt latrones qui aſſociaŋ iteragētes ut ip ſos poſſint dep̃dari. Itē ualz ſi bibaŧ ſuc⁹ mā dragore uel iuſquiami.

¶ Item excitatiuū hui⁹ ſomni ē odorare fortiſſi mū acetū quia fortis odor aceti mordicat & titilat carūculas nariū & aſcēdit ad ptes cere bri cauſādo ibi motū & excitādo & ēt uenien do ad ptes ſiue uenas ſubeticas & etiā rōne ſue fr̃iditatis et ſubtilitatis ſubſtātie repmit uapores ſiue fumos ibi exiſtentes & ſomnū cauſātes. quare ſi miſceŧ acetū cuz ſomniferis ſit in ualde modica q̃titate ſolum ut p̃fundet uirtutē reꝝ frigidaꝝ. Itē fortis ligatio extre mitatū & fortis frica° eaꝝ ualet ad p̃uocādū uigilias. Itē ſi potes p̃uocare ſomnū cū appli catis ab extra laudo qđ nō p̃uoces cuz aplica tis abint⁹.

¶ Ca^m ʒ^m. de effimera cāta ab eūone ſupflua

SVpra capiʒ de effi^a cāta ab eūone ſupflua Cōſtringiŧ cū cibis & poti b⁹ & medicaib⁹ tā ſimplicib⁹ q̃ cō poitis taz ab intus q̃ ab extra applicatis. Ciba ria fca ſint de faria uolatili frumēti. i. ſubti li multū & tortelle cū lacte amigdalaꝝ & p⁹ ſimul buliāt. Itē amidū parat eodem°. Itē pa nis albiſti⁹. Itez nebule. Itez oia cibaria facta de paſta azima in qua ñ ſit furfur. Itē cibaria facta de carnib⁹ ellectis boni nutrimti & for titer coctis cū quibus admiſce amidum & ſit bene collatū ſpiſſuz i pauca tñ q̃titate ſumaŧ & ſepe ne g̃uet uirtutē cōtentiuā. Itē coquen do cū carnib⁹ ſiue ſint galli ſiue galie ſiue alie Res ſtiptice ut ſunt cotana ſorbe neſpuli cor nee imature berberis ypochiſtidos acacie. ſan guis draconis. uł cortices mirabollanoꝝ a qui b⁹ gumoſitas ē exp̃ſſa. pōt ēt đcoqui coral⁹ bñ ablut⁹ quater uel q̃nqes cū aqua tepida cū carnib⁹ añ dictis. Itē oua dura cocta cū aceto fortiter ſtringūt. Itē coquanŧ cibaria i aq^a ci ſterne uł pluuiali in q^a buliat ſpodiuz ellectū Itē pot⁹ ad hoc eſt aqua ferrata exſtinguēdo ferrū nouies ignituz in aq^a poſtea colleŧ & ca lebes p̃ualet. Itē uinū ſtipticuz groſſū de tor culari in quo ponaŧ panis alb⁹ bñ toſtuſ uł aſ ſatus. uel ſirup⁹ de ribes deŧ cū aqua ferrata & nō cū uino. Itē ſemp anteq̃ comedas cibuz accipias aliqđ ſtipticū de fructib⁹ coctis uel crudis ut eſſet coctanū in p̃ua tñ q̃titate q̃ ſi fruct⁹ nō hēs. accipias panē torefactū & iſon daŧ in uino dicto paruz añ & poſt habe toſtā & pone ſup inciſſorio & p⁹ ſup aſpgaŧ pul uis qui ſequiŧ. ℞ iterioꝝ cināomi ellecti. ʒ. ß. coriādri p̃parati. ʒ. ii. panis zuchari. ʒ. vi. galā ge nuciſmuſcate. an. ʒ. i. ponas de iſto puluere ſup toſta & comedat tres uel q̃tuor bolos i introitu & poſt bibat ualde paꝝ & hoc ubi ñ ſit febris ualida. Item p̃ōt admiſtrari uitell⁹ oui ieiuno ſtomacho i quo fūdaŧ p̃uis qui ſe quiŧ. ℞ maſticis. ʒ. ii. ſan. dra. boliarmeni. an. ʒ. i. interiorū cinamomi ellecti. ʒ. i. fiat puluis ſubtilis de quo ſumat q̃tuz p̃ōt cum trib⁹ di gitis & infundat ouo & tranſglutiat.

¶ Itez medicie ſimplices que ualent cōtra fluxū uētris. p̃mo coagulū leporis uel edi ſumatur. ʒ. i. & ii. aque plātaginis tepide & deŧ in po tu ieiuno ſto°. Item 2° caſeus antiquu⁹ dur⁹ a quo ſit remota tota ſalſedo qđ ſic fit Lauaŧ caſeus cū aqua tepida inciſſus i fruſtra p̃ua & laueŧ. viii. uicibus uel nouē. & iſte caſeus miniſtraŧ cum cibis factis de paſta azima ut prius dictum eſt.

¶ Item 3^m tyriaca recēs p̃pter opiuz que ſi re cens nō iueniaŧ ſumaŧ tiriace. ʒ. i. opii. g̃. v. mi ſceanŧ cū aqua plātaginis tepida uel cum uino groſſo de torculari.

¶ Item 4^m eſt lētes excorticate fortiter & cocte qa iſte cū corticib⁹ ſūt laſſatiue & fortiſſime bulite & poſt i patella aſſate cum pinguedine renū mōtonis & date cum pauco aceto.

¶ Item quintū eſt ſāguis mōtonis ſine ſale cū aliqua pinguedine.

¶ Item ſextū ē ſāguis turturis datus i potu cū uino groſſo de torculari & nō coquaŧ ſāguis

¶ Itē ſeptimū ē ſemen naſturcij integrū aſſatū in ſartagine miniſtratū cū lacte acetoſo i quo

ferrum uel lapilli ſunt extincti.

¶ Item ℥ octauũ eſt lac aceroſũ i quo ferrũ ignitum uel lapilli ſũt extincti cũ quo coquat aliqd de ſtipticis ia℥ dictis & addat flos cameleunte pꝛuerizare .℥ j.uł.℥.ij.et miſtrat ſto° ieiuno.

¶ Itẽ pꝛuis huc ẽ bon⁹. ℞ charabe corali utriuſq; ſemis plãtaginis ſemis rox.bedaguar.aa.℥.i. ſpodij ſang.dra.lapidis ematitis.aa.℥.ß.oiuz ſandaloum.ʒ.i.panis zuchari.℥.ij.fiat puluis ſubtilis cribelat⁹.

¶ Item alia applicant ab extra.& ꝑmo faciam lauari plãtas pedũ & uolas manũ & ſub umblico & ſuꝑ renes cũ diſolutiõe flos camelẽte que diſoluit cũ aqua plãtaginis & uino ꝺ torculari dicto. Et ſi flores non habent capiatur radi xeuus & cum iſto lauentur.

¶ Item z^m applicatũ ab ex^a eſt uẽtoſa mag^a ſi paciens eã põt tollerare ſine ſcarificatiõe ſup umblico. Aliq ponũt ſup utroq; latere unam de mediocrib⁹ uł de paruis ſi uirtus tollerat põt & illud nõ approbo ſi uirtus ſit debilis. quia agrauat ꝑncipalia membra.

¶ Item ʒ^m eſt lauare extrema cũ decoctiõe iſta roxaruz ru .ellectaꝝ foliorꝝ uitis ſalicis. poſt extremitatib⁹ lotis iiſta decoctiõe ſufficienti & bene calida fiat abſterſio cũ pãno lineo albo ita qꝺ nihil maneat madidũ i poroſitatib⁹ & denudet & poſtea intret lectũ & hẽat lineamina alba a qbus cũ fricatiõe & calefactione ſit reõta frigiditas actualis & ſint ꝯſi tepida linteamia & ſit bñ cohopt⁹ ut ſi põt ſudz.

¶ Item 4^m aliqui faciũt ſuppoſitoria que ſunt Rãſis.9°.almãſoris in fine capituli de fluxu uẽtris & ſunt talia.℞ thuris albi olibani lici croci gumiarabici.aa.℥.j.opii.℥.ij iformẽtur coliria & illud exptus fui & nõ inueni effm forte pp ſoliditatẽ & duritiẽ iſtius colirij.

¶ Item põt applicari emplaſtra p°.℞ ſuci citonioꝝ ſuci neſpuloꝝ ſuci cornaꝝ ſuci ſorbarũ ſuci plãtagis & aliq uolunt cum reſidẽtia & aliqui ſine.ſed ego uolo cũ reſidẽtia qa in ea ẽ aliqd ſtipticitatis. g° ualet i ꝓpoſito quar.j. aque roxate facte de ſtipitibus.ℍ.ß. thuris maſticis.aa.℥.ß.ſan.dra.boliarmeni.aa.℥.vj. floꝝ cameleũte.℥.iij. acatie ypoqſtidos.aa.℥. .iij.rox.rub.℥.ß.qꝺ ſi ſit fe.addatur ꝺ ſand. albis & rub.aa.℥.ij.pulueriz̃ent.& miſſ.cuz aquis ſeu ſucis ꝑdictis qꝺ ſi non ſit fe .addemẽte ſice abſinthij.aa.℥.ß.Et poſt.℞ medullam panis aſſati ſcꝺm ꝙritatẽ ſcꝺz quã uoluerit facere emplaſtꝝ iſtũ panẽ calidũ ifunde in ꝑdictis & poſtꝙ ſumpſit ꝙrũ põt exprime paꝝ panẽ qꝺ ſi uis addere uinũ de torculari adde & ſupaſpge iſtũ panẽ madefactũ cum puluere maſticis & calidũ applica ſup ſto^m & iteſtina gratilia inter duos panos lineos & potes addere farinã lentiũ ſi non hẽs panẽ ꝙtum ſufficit ad iſpiſſandũ emplaſtrum.

¶ Item potes facere emplaſtrum hoc.℞ thuris maſticis thoracis calamite.aa.℥.ß.ſang.dra. boliarmeni terre ſigillate ypoquiſtidos acacie .aa.℥.ii.corali rubei.℥.i .interiorũ cinamomi ellecti.℥.i.ß.terbẽtine.℥.ß.picis nauał quar.ß ſeu quod ſufficit fiat ẽplaſtrũ cũ piſtello cali do addendo oleij nardini oleii maſticini.aa. quãr.ß.ſeu quod ſufficit quod extẽdat ſuꝑ alutum in forma quadrata ad lõgitudinem & latitudinẽ que uidet ſufficere ꝙ ponat ſupra umbilicũ & uẽtrẽ. Itẽ aliquid faciunt ſuffumigatiões ab extra cũ ſcutella pforata & fumũ recipiũt p anum cũ aceto fortiſſimo i q̃ infundãt prune flamẽtes ł lateres igniti ãtiq.

¶ Aliud ẽplaſtrũ.℞.maſticis.℥.i.corallorꝝ rub. ℥.ii.corticũ thuris.℥.iii.pulueriz̃entur & fiat ẽplaſtrũ ſup alutã cũ aliq̃ oleo ł ſuco ſtiptico. Item ellectuariũ ad idẽ.℞.corticũ thuris minutim inciſſorꝝ carniũ citoniorꝝ conditorũ & cõſerue antique roxe.aa.℥.ß.cõſerue bugulo xe antiq̃ ℥.ii. iteriorꝝ cinamõmi ellecti floꝝ cameleunte .aa.℥.i.ß.coral.alb.& rub.fortiſſime ablutorꝝ.ʒ. uel.io.aqs idẽ intellige de aliis mineralib⁹ nã abluũt ut tereſtreitas & malus ſapor remoueatur exſicatorꝝ.aa.℥.ii.ſandra.℥.ii.ſandał. alborꝝ & rubeorꝝ corriãdri ꝑparati acacie ypoquiſtidos.aa.℥.i. panis zuchari.ℍ.ß.aque bugulosxe ſuci citoniorꝝ.aa. quar.ß.fiat ℮trium p bolos ꝙ uis deauretur medio mõ uel in toto uel in ꝑte. Item in tenaſmone qñ paciẽs ſurgit de ſella lauando pudibõda cũ aqua frigida ſeu tergẽdo cũ bõbace & p⁹ ſupponẽdo bõbacẽ in eo qꝺ ſeq̃ intinctũ.℞.olei roxati ãtiq.℥.j.uitella ouorũ fortiter agitata numero duo opii ſiłr pulueriz̃ati.℥.i.miſſe & tepefiat & in hoc tepefacto intingat bõbax bñ carminatus q ponat infra pudibũdum ꝙtum põt.

¶ Item in fluxu uẽtris poſſunt dari cliſteria.p° lenitiua ita ꝙ nihil ponat de ſale & põt in ꝓceſſu dari cliſteria reſtrictiua que poſſunt de ſucis & medicaminibus añdictis fieri.

¶ Ca^m 4^m de effi^a cãta ex ſincopi.

SVPRA ca^m de effi^a cãta ex ſincopi curat cibis potib⁹ & aliis medicamibus. Cib⁹ q maxime ualet in ſincopi & in omni defectiõe uirtutis eſt aqua carnis q̃ ſic fit.℞.caponẽ unũ bene pinguẽ & pdicẽ bonã uel faxianũ pinguẽ & pdicẽ bonã.ꝙ ſi uẽter fuerit nimis lax⁹ adde turtures.ij.uel.iij. & fac buliere et deſpuãre illas carnes & p⁹ ꝙ fuerint diſpumate & abitias ab olla & pigue

do tota remoueaꝫ. deinde in frustra incidanꝫ minutim & frustra in amphora uitrea ponā tur postq; si febris affuerit ponaꝫ i amphora aqua rox. aqua buglioxe. an. quar. ß. & si fe. no fuerit ponaꝫ loco dictaꝝ aquaꝝ uini albi electi quar. ij. ad pondus. qđ si dies fuerit po naꝫ ibi ligni aloes. ʒ. i. florenoꝝ auri secūduʒ possibilitatē suā quia floreni ēt de pōderꝫ suo amittūt & obturet amphora fortiter postea ligeꝫ desup & ista amphora ponaꝫ i cachabo pleno aqua & caueaꝫ qđ ñ natet. sed stet infra & post ibi cachabo supponaꝫ ignis & to[a] no cte buliat & ordineꝫ qđ aqua calida sit i alio uase iuxta cachabū ita qđ si cōsumeꝫ aqua ca chabi cū alia aq[a] possit cachab[9] adimpleri & in crastino subtrahaꝫ ignis a cachabo ita ꝙ si ne igne āphora a cachabo abiciaꝫ. aliter eim amphora frāgereꝫ post qđ deponaꝫ āphora & carnes erūt ibidē liquefacte & conuerse in aquā carnis & deꝫ paciēti seu p se seu cū aliis mixtis. Aduerte qđ qñ i olla ponunꝫ qđ etiā ossa ibidē ponāꝫ cū meduꝫ fortiter conq̄ssata Item ualet z° maxie in sincopi usus pulueris qui sequiꝫ cū cibis admistratis de qbus cibis paꝝ nutrit multū ut sunt testicli galloꝝ qui nōdum calcauerūt. oua forbilia ꝑdices faxiāi & alia cōtrita & mollificata ex quib[9] f. ūt ci baria forbilia deꝫ quib[9] dicit. ypo. qđ facili[9] est repleri potu q̄ cibo.

℞ corali rub. & albi. in aqua tepida bñ abluti & desicati. ʒ. ij. lignialoes. ʒ. j. ben albi & rub. doronici. an. ʒ. j. ß. interioꝝ cinaōmi electi co riandri p̄pati spodij fini rasure eboris sq̄ā ti sandaloꝝ al. & rub. & muscatelinoꝝ. an. ʒ. ß. charabe seminis citri. an. ʒ. ij iacintoruʒ sa phirorū smeraldoꝝ. an. ʒ. ß. ℈. j. ossis đ corde cerui interi[9] mūdati numero 5° margitaꝝ orientaliū ꝑforataꝝ & nō ꝑforatarū fortiter ablutaꝝ. ʒ. iij. panoruʒ argēti & auri puri nu mero. xv. panis ʒuchari ad pōd[9] oiuʒ terranꝫ lapides in mortario marōreo & cribellenꝫ p sindonē duplicatā ut deueniat ut fiat puluis subtilissim[9] qui cōseruetur i pisside bñ mun da. Iste puluis uocaꝫ cordiaꝫ qa confortat mē bra p̄ncipalia & regenerat spūs. & facias ꝙ taneaꝫ i apotecha. ꝙ si paciēs fuerit potēs addꝫ ambre grise ligni aloes. an. ʒ. j. uꝫ. ß. z[m] ꝙ uo lueris auri puri ducatoꝝ uenetoꝝ subtiliꝫ line ati argēti đ uenecij̄s nimiū lineati subtiliꝫ. I ē sup cibaria aspgaꝫ de isto puluere & de isto puluere pōt fieri effectum ēt ꝙ sequiꝫ cordiale ℞. puluis cordiaꝫ. ʒ. j. uꝫ. ʒ. ij. z[m] ꝙ ē diues cor ticum citri conditi ʒucharo cōserue buguloxe cōserue boragis. an. ʒ. ij. semis acetoxe. ʒ. ß. ʒu chari quar. j. fiat electuariū i mōʒ ʒuchari ro xati & aromatizetur cū aqua roxata de dama sco & deaureꝫ cū pānis aūri q̄tū uolueris. No ta ꝙ aq[a] roxata nō cōpetit i sincopi de repletō ne spūuʒ cōculcatorū aditus z[m]. A. ii[a]. terti j. capitulo de sincopi. Et scias qđ. Auic. loquiꝫ nimis ibi stricte. nā ab extra bñ competeꝫ pōt spgen° sup faciē & extreitates. Sʒ in isto cāu cōpetit frica° extreitatū cū ligatura forti. Itez i sincopi pōt cōpetere faculus applicat[9] ab ex tra sup̄ regiōez cordis ut sequiꝫ ℞ semis utri usq; ozimi. an ʒ. ß. seis citrāguli. ʒ. ij. coriādri p̄parati semis acetoxe an. ʒ. ij. seis citonioꝝ. ʒ. ij. rox. rub. electaꝝ folioꝝ melise an. ʒ. ß. flo rū boragis & buguloxe an ʒ ij utriusq; san dali. ʒ. vj. fiat facul[9] ad formā cordis & aspſ sus aq[a] roxata & uino electo cordi tepid[9] ap plicet Iste faculus mirtuʒ cōfortat cordis sub stātiam & spūuʒ. & iō debet quasi in omni sincopi ministrari q̄ citius possumus

¶ Ca[m] ς[m] de effimera cāta ex oppilatione

Ide effi[a] cāta ex oppillatiōe Opila tiōesactuales p̄nt curari cū sirupo acetoxo Sirupus acetoxus ē duplex quidā simplex quidā cōpositus In simpliciin trant tm̄ tria. s. acetum aqua & ʒucharuʒ. Et iste ē triplex aliquis ē mirte acetositatis & in isto intrat tātū de aceto q̄tū de aqua ut ℞. ace ti aque clare añ ptes. viij. ʒuchari ptes. iz. & fiat sirupus. Alius ē mediocris acetositatis ut ℞. aceti pt. 5. aque pt. 9. ʒuchari pt. iz. Ali us ē pue acetositatis ut ℞. aceti pt. tres aque pt. quinq; ʒuchari pt. iz. Alius ē cōpositus & licet istū uidebis in. z° tractatu hui[9] libri tñ hic describā. ℞ radices herbes & semina aq̄ ʒucha & acetū & cōponas sirupuʒ acetoxū cōpositū sicut uidebiꝫ in sequētib[9] in cura fe briū in tractatu. z° hui[9] prime. Nota iterum quod ubi ē opilla° nō debet dari ʒucha in q̄ titate notabili. Et si das ʒucharuʒ debes dare cū cibis absterſiuis & mūdificatiuis ut cum ordeo & caue ꝙ nō des cū oppillatis ut cum amido. Itē aq[a] ordei alia ē mīti ordei & pl[9] nutrit & sic fit. ℞. ordei mundi pt. j. aque pt. x. buliāt usq; quo ordeuʒ crepet. Alia ē pauci nutrimēti ut. ℞. ordei mondati pt. j. aque pt. xx. buliat donec ordeū incipiat crepari. Alia est mediocris nutrimēti ut. ℞. ordei pt. j. aq̄ pt. xv. j. buliat donec ordeū incipiat crepari uꝫ sit crepatū.

¶ Ca[m] ς[m]. de effi[a] cāta ex nauseatiua sacietate.

Ide fe. cāta ex nauseatiua sacietate qa indigem[9] stomachū cōfortarꝫ potest cōfortari cū medicis applitatis abin

tra & ab extra .ab extra 'fiat p° ſaculus q̃ ſeq̃
tur. ℞. mẽte ſice abſcinthii maiorane floꝝ me
liſſe. an. ʒ. ß. rox. rub. ellectaꝝ pt. ʃ. ſeu pugil
lũ. ʃ. aliqui ponũt ſed nõ laudo quia reſoluit
aniſi maratri carui cameos daucii ſiſeleos. an.
ʒ. ʃ. maſticis. ʒ. iʃ. ſpice nardi. ʒ. ʃ. ß. corticum
citranguli fortiter cõquaſſati. ʒ. iiʃ. coliãdri p̃
pati coralli rub. an. ʒ. ʃ. cõquaſatis oib° fiat ſa
culus in forma ſcuti qui ponat̃ ſup ſtõachuz
& ſit q̃titatis cõdecẽtis ſecũdum quod iſte ẽ
puus uel magnus. Itẽ. 2° emplaſtrũ qđ ſeqt̃
℞ laudani puri maſticis. an. ʒ. ʃ. galange ʒe
doarie ameos gariof. an. ʒ. ʃ. & ſi fuerit diues
pone de lignoaloes. ʒ. ß. mẽte & abſinthij ſico
rũ. ʒ. iʃ. interiorũ cinami. ʒ. iʃ. ſtoracis calami
te. ʒ. iiʃ. terbẽtine. ʒ. ß. picis naualis qđ ſuffic̃ fi
at emplaſtrũ cũ piſtello calido i mortario ad
dendo olei nardini olei maſticis. an. qđ ſuff. c̃
fiat empt̃ʒ p ſto°. Itẽ aliud ſi ẽ paup. ℞ ſucci
mẽte ſuci abſinthij an quar. ß. alias. ʒ. ß. aque
roxa. ʒ. iʃ. medule panis aſſati. ʒ. iʃ. infũdat̃ pa
nis calidus i ſucis p̃dictis & addito pt̃ueris
thuris & maſticis. an. ʒ. iʃ. applicet̃ iter duos
pãnos lineos ſup̃ ſto^m & liget̃ ibidem.

Itẽ poſſum° facere ung^m. ℞ olei nardini oti
maſticis olei de abſinthio. an. ʒ. ß. thuris ma
ſticis. an. ʒ. ß. cere noue. ʒ. iʃ. fiat ung^m bñ cur
ſibile. & qñ erit ab igne depoſitũ. adde gariof
filoꝝ ſubtiliter puluerizatoꝝ. ʒ. ʃ. & ungatur
ſtomach°. Ad hoc nalet trazea q̃ ſequit̃ groſ
ſa. ℞. ʒʒ. albi raſi. ʒ. ʃ. galãge. ʒ. ß. & ſi paciẽs
nõ refutat amara zedoarie. ʒ. iiʃ. garioff. cube
baꝝ macis. an. ʒ. iʃ. nuciſmuſcate. ʒ. iiʃ. g̃norũ
paradiſi. ʒ. ʃ. ß. coriãdri añ confecti. an. q̃r. iʃ.
fiſticoꝝ confectoꝝ pinearũ. an. quar. ʃ. añ no
uelli quar. ʃ. carui. ʒ. ʃ. miſſ. incidãtur iciden^a.
& addat̃ panis zuchari inciſi. ʒ. ʃ. & ponas. ʒ.
iiʃ. floꝝ cinaõmi & habebis trazeã qua utat̃
ſine potu.

Itẽ ad cõfortationẽ ſtomaci ualẽt pot° diuer
ſi ut uinũ maluaticũ uarnacinũ uel uinuz de
cipro ul' uinũ ſaluiatũ ul' aqua ardẽs uel cla
retũ ellectũ cuius recepta ſequit̃. tñ i modica
ſumat̃ q̃titate ſi fe. nõ adſit. ℞. ʒʒ. albi elle
cti. ʒ. iʃ. garioff. galãge. an. ʒ. iiʃ. ſpicenardi. ʒ. ʃ.
foliʃ ſq̃nati. ʒ. ʃ. ß. cardamomi cucube. an. ʒ. ʃ.
fat puluis ſubtil' qui cõſeruet̃ i ſaculo đ alu
tia de quo puluere ſumant̃. ʒ. vʃ. cuz uino ſub
tili medij q̃rtini & ponat̃ panis zuchari. q̃r. ß.
ad groſſuz põdus & fiat claretũ i manica. ʃ.
i ſaculo colãdo & adde pipis longi. ʒ. iiʃ. nuciſ
muſcate. ʒ. i. Nota q̃ ſi uis facere claretũ opti
mũ tu debes ponere garioff. ad ptem & ifun
de i manica. & ita fac de aliis ſpẽbus. tñ p̃mo
trãſeat p garioff. & ſpicãnardi uel. ʒʒ. Item
poſt cibum ſumat duos bolos coctani ul' piri
cocti cui ſupaſpergat̃ trãcea ſtatim dicenda
uel de puluere clareti uel ſumat poſt cibum
toſtũ balneatũ i clareto uel utat̃. ʒʒ. cõpoſi
to uel. ʒʒ. mũdo cõfecto qđ portat̃ de cipro
ul'. ʒʒ. idiaco qđ portat̃ de india. ul' ſto^m con
fortãtia Gal'. c° ℞ta ponit̃ i antido° uel ſi ſit
ſtatic° dyatrioton pipereon Sequit̃ recepta
ſaluiati uini. Nota uinum ſaluiatum eſt du
plex aliud ſimplex quod fit ex ſaluia & uino
cõpoſitũ uero fit ex ſaluia uino et aliis ſpẽb°
aromaticis. Saluiatũ ſimplex ſic fit. ℞ uini el
lecti ſeſtaria quinq̃ ſaluie nõ uiridis ſʒ medi
ocriter exſicate. M. 50. ponat̃ iſta ſaluia in ua
ſe & ligetur iſta ſaluia lapidibus ut pendere
poſſit in me° uaſis & obturet̃ uas bñ & ſic
ſtet. iz. diebus. Nota qđ ſaluia nõ debet eſſe
uiridis quia eſſz nimis amara & cũ h° ut hu
miditas ſit cõſumpta ex tali exicatiõe.

Item nõ dz ẽẽ ſica m't̃ũ ne hũiditas et urt°
ſua exalauerit. Saluiatũ cõpoſitũ ſic fit.
℞. galãge ellecte q̃r. ʃ. gariof. ʒ. ʃ. ſpice nardi.
ʒ. ʃ. puluerizẽt̃ ſubtiliter & cribellẽt̃ & po
nãtur in ſaco de pãno lineo nõ nimis ſpiſſo
& ſac° nõ reſtringat̃ nimis & cũ iſtis pulue
rib° imponat̃ lapillus qui ſacum teneat ſuſ
pẽſum in medio uaſis. Nota ẽt quod iſti pul
ueres nõ debẽt poni ſit' cũ ſaluia ſed poſtq̃ ſa
luia fuerit impoſita p. x. dies.

Item nota quod iſti puluere ſufficiunt ad
ſaluiatũ. ubi uelles magis artificiare adde thi
mi ephitimi. an. ʒ. ß. Itẽ potes ponere alia hñ
tia ꝓprietatẽ ad mẽbra diuerſa ſi ſit lapſſ°
in aliquo m̃broꝝ interioꝝ ſicut in lepra poni
põt ſerpẽs nemoris. Si ſit lapſſus in cerebro
betoica. Si i ſplene. Scolopẽdria. Itẽ circa c^m.
effimere cãre ex nauſea quia ibi cõfert uomi
tus. Iõ ꝓuocãdus ẽ cũ inmiſſione digitti q.p
uocat̃ in corporib° diſpoſitis uel cõſuetis faci
lius q̃ in aliis & in talib° ꝓuocat̃ cũ imiſſiõe
digiti in os uel cũ immiſſiõe pulmaꝝ gali in
tinctaꝝ in liquore q̃ ſeqt̃. ℞. ſeminis atriplicis
fortiter cõquaſſati. ʒ. i. buliãt fortiter i uno
quar. aque cũ dimidio & colature addat̃ olei
oliue quar. ß. aceti. ʒ. i. & bibat patiẽs de iſto
tepido in uno auſtu q̃tũ biber̃ poterit ſine ha
nelit° reſpiratõe & p° ſtet p unã horã ul' cir
ca & p° mittat digitũ intictũ i illo liquore p̃
dicto & penã galli pfundet et qa odiernis
tporib° raro uomitu utimur. iõ ñ ꝓpono uomi
tiua fortia.

Ca^m 7^m de effimera cauſata ex apoſtemate.

Qvrat̃ p° apa reſolutiõe prio cuz hoc
unguẽto qđ'ẽt ualz ad herniã uento
ſam. ℞. origai calamẽti abrotani pi

tarie ſaluie.an.M.i.aneti maratri cimini.an.ʒ ß.camomile meliſſe.an.ʒ.ß.coquant̄ oia pfec te & collatura ſit.℔.ȷ.& collatura inſpiſſet̄ adden° melis quar.ȷ.ſepi yrcini.ʒ.ii.uini albi ʒ.i.aceti.ʒ.ß.& fiat ung^m bñ molle & reſol uet̄ apa in ṗn°. z° pōt curari apa cuz ung° qđ ſequit̄.℞.medulle pāis albi olei roxati aque fontis.an.quar.i.miſce fortiter agitādo & po natur ſublētus ignis & cōtinue agitan° buliāt uſq; ad olei cōſumptiōez & fiat ēplaſtrū bñ mole & ualet bubonib^9.Itē pñt maturari cū h° ung° qđ ſequtur.℞.biſmalue malue cardo nis ſanatiōis herbe molarie.an.M.ȷ.radicuz lilii quar.ß.farie fenugre.farie ſe.lini an.ʒ.ß. caricaꝛ pinguiuz.ʒ.ß.butiri recētis cōuenie̅ ter abluti aſſungie porcine recētis.an. quar. .ß.ad incorporādū miſſe & fiat emplaſtrum mole quia eo meli^9 maturatur.

¶ Ruptoriū bonuz.℞ calciſuiue.ʒ.i.tartari.ʒ. .ii.ȷ.incorporent̄ cū ſaliua hominis & cōſeruc tur uſui.Cum aūt apoſtēa fuerit maturatuz aperi cū flobothomo quia ꝑualet medicine ca uſtice.& facta aptione cuz flobotho° poſt ap plica pumaciolos factos cum albumie oui bñ agitato cui albumini pmiſce paꝛ de uitello et oleo raxato & intinge paꝛ de ſtupa đ canapa & fiat pulmazolus qui applicat̄ & immiſſa tenta prius ut locus ſtet aptus .dum tñ non fluat multus ſanguis qui ſi fluat habeas pul uerem qui ſequit̄.quē puluerē miſſe in albu mine oui & ibidē tinge pulmazolū & ſine tē ta applica.℞.ſanguis drac. boliarmeni terreſi gillate.an.ʒ.ß.pſidie.i.corticon granatoꝛ.ba lauſtie acatie ypoqſtidos mumie.an.ʒ.ij. thu ris maſticis cū cortice.an.ʒ.ȷ.ß.& ſi uis addt̄ ſan.hūani cōbuſti.ʒ.i.pilloꝛ leporis cōbuſto rū.ʒ.ß.In iſto puluere adde aloes mire cora li ꝑſertim ſi fuerit uulnus ſup caput & nota ꝙ cirugicus ſine iſto puluere ſtare nō dēt uł ſaltem habeat i apotheca.Itē ſi mūdificatiōe indiget teneat deſup mūdificati^m ꝙ ſequit̄.℞. farine frumti uolatilis quar.ß.uitelloꝛ ouoꝛ numero.iii.oleii rox.ʒ.ß.melis.ʒ.vȷ.ſuci apij .ʒ.ȷ.ponat̄ ſup ignē et buliat cōtinue agitan° donec fiat ſpiſſitudo aliqua ad mōz unguēti bñ fluxibilis & bñ ꝑſeruat a fiſtuł.quo mun dificato cōſolida & cicatriza cū ung° de litar girio bñ mixto cui^9 ℞ta ſequit̄.℞. litargiriſ. ʒ.ij oleij rox.aceti rub.an.℔.ß.ponat̄ in mor tario de plūbo & ibidē bñ agitet̄ ꝑ tres dies cōtinue.ita ꝙ fiat ung^m in mōz mellis ſpiſſuz ꝙ ſi nō ſuffic̄ acetū & oleū roꝛ.qa forte agitā do reſoluit̄ adde de ipis añ cōtinue agitan°.đ iſto pulmēto pone bis i die & ita curabis apa maxie bubones.i.que ſunt in emūtoriis & pre ſertiz que ſunt ꝑ uiā cōgeſtionis & iſta apata ſunt cā effimere ut dicit.A.Itez 3° pōt curari p cōuerſionē in ſcliroſiz & hec cura ab aucto rib^9 negligit̄.iō nō pono eā.

¶ Ca^m 8^m.de effi^a cāta ex ſoliditate & frigidi tate membroruz exteriorum.

SVDOR p aliquos ꝓuocat̄ ut.℞. floꝛ camomille utriuſq; ſticados an thos puri.an.q̄r.ß.origani calamen ti pulegii.an.ʒ.i.aut.ʒ.ß. buliant omnia in uino ellecto & aq̄ an.q̄rū ſufficit & ponatur iſta deco° in curcubita ſicca una uel duab^9 ꝙ ſi nō hēs curcubitā pone in cadis uel barilis ligneis & obturēt̄ iſte cucurbite ł iſta uaſa uł pōat̄ i ueſica porci & ponāt̄ in lecto ſub pa nis ita quod nō tāgant paciētem ſed pacien poſſit ſe uoluere de latere in latus et ſit pati ens bene cohoptus tenēdo caput ad extra pā nos ibidē ſudabit. ¶ Poteſt ēt ſudor ꝓuoca ri cū unguētis et oleis apitiuis ut ſequit̄.℞. olei de aneto olei meliloti añ.℔.ij.buliant in iſtis oleis ea que ſequūt.℞.origani pullegij calamēti utriuſq; ſaluie.an.ʒ.ß.expmat̄ & collet̄ & inde to^a ſpina dorſi ungatur ab occi pite uſq; ad caudaz & cohopiat̄ bene patiens Itē alij uolunt qđ inuoluatur in foliis ebuli patiēs totus.

¶ Ca^m 9^m de effi^a cāta ex ebrietate.

EBRIETAS curat̄.5.modis p° cū narcoticis & ſtupefactiuis ſed non approbo hoc. ¶ Secūdo cū uomitu & hoc approbo in diſpoſitis uomere & cōſu etis.3° cū alterātib^9 ut cū potu aque frigide uel cū potu citrulli uel cū ſucco pomi alteri^9 4° cū ꝓhibētib^9 uaporē fumoſum ad caput ut cū coriādro citōiis & pirris uirdib^9 & ali is ſtipticis.5° cū ualētib^9 ad hoc a tota prop etate & iſta ſunt ēpica & ſine rōe ut eſſet cū ſuco cauliū comedet̄ carnes pingues porcias ut dicitur de quodā qui ſic faciendo & tota die bibēdo nō inebriabat̄.

¶ Item.℞ cū modico uini pulueris yrundinum qui cōburātur in olla bene lutata in furuo & iſtud ualet multū ad preſeruādū ab ebrieta te ſecūdum aliquos. Itē qui comedit de pul mone arietis die tota nō inebriabitur.

¶ Ca^m 10^m de effi^a cāta ex cibo.

EPITHIMA quod ualez ad alterā dum caliditatē epatis.℞. aque ro xate aque endiuie aque nenufaris an.℔.ß. aque curcubite aq̄ cucumeris.an.

q̄uar.ʒ.ſuci latuce ſuci portulace.an. quar.ʒ. roſſar. rub.electar.ʒ.ß.ſandal.albo & rub .an.ʒ.ii.ſpodii fini.ʒ.ʒ.cāphore.ʒ.ß.aceti albi .ʒ.i.fiat epithima & potes addere ſuci ſumi tatū ſolatri ſi uis forti⁹ infrigidare. ¶ Nota aliqui ponūt ſucuʒ ſolatri.ſ.i caſu.d̄ pato ali ter nō ſʒ pono ſolatrū cū toto quia in ſubſtā tia ſolatri ē aliud ſtipticū p quod deprimit̄ uirtus ſolatri ſenar.

¶ Explicit de effimeris.ſequit̄ de putridis.

QIRCA ca^m de cura putridaruʒ in generali & eſt ſecūdus tracta tus hui⁹ ꝑme quarti In cura tali um febriū Auic.laudat cliſteria quia oʒ uentrē laxare minorādo. Ideo notādū ꝙ cliſteria ſunt diuerſa quia aliud eſt moliti uum.&ſic fit.℞ malue biſmalue uiol. mercu rialis brāce urſine.an.M.i.ſanatiōis radicum lilij.an.quar.ß.fiat decoctio in qua diſſolua tur caſſie mūde pinguis.ʒ.ʒ.olei uiolati .ʒ.ij. fiat cliſtere ſine ſale. Aliud eſt cliſtere mūdifi catiuū q̄d ſequit̄.℞ malue biſmalue & ubi ñ hēas biſmaluā utaris maluā que ſecundū ali quos biſmalua uocat̄.& non eſt uer. quia z^m aliquos ē una ſpecies malue que creſcit i altū ad lōgitudinē duor. palmor. uł plus.& i^a ē duplex quia p^a portat florem rubeū alia albū ror. uiol. mercurialis ſicle brāze urſine furfu ris uel carcabrū pt.ʒ.ſuci ſicle ſuci cauliū rub. an.quar.ʒ.fiat decoctio i qua diſſoluat̄ caſſie pinguis mūdate.ʒ.ʒ.ſalis cōis.ʒ.iij.ſed ſi uis magis mordicati^m ſaliſgēme.ʒ.ʒ.uel loco ſalis olei uiolati.ʒ.ij. Et nota ꝙ in oibus cliſterib⁹ pono caſſieſiſt. ne decoctio retineat̄ i inteſtinis & ut inteſtina remaneāt laſa. Et ulteri⁹ nota ꝙ ubi ñ hēſ biſmaluā debes uti radice althee que ſecd̄m aliq̄s biſmalua appellat̄. & non eſt uer. ſecūdū aliquos & melior ē ʒ^a ſpēs mal ue q̄ creſcit i altū ad longitudinē quatuor pal mor. uł plus.& iſta ē duplex ut ſup̄ portās flores rub.a^a alb. Aliud ē cliſtere alteratiuuʒ q̄d ſic fit.℞ lactuce ſcariole roſtri porcini foli orū ſalicis.an M.ʒ.ſuci melonis indi quar.ß. flor. uiol. nenufaris.an.ʒ.ʒ.fiat decoctio in q̄ diſſoluat̄ caſſieſiſt. mūdate olei uiol. olei ne nufaris.an.ʒ.ß.camphore.ϑ.ʒ.uł.ʒ.ß.fiat cli ſtere q̄d ſi herbas nō habueris qa forte ē tē pus yemis.℞ aque cucumeris aque cucurbite aque nenufaris aq̄ ror.an.℔.ß.furfuris .pt. ʒ.qdam addūt añ maratri carui.an.ʒ.ij.& fi at cliſtere ut ſup̄. Aliud ē cliſtere attractiuū ℞ herbas.ij.cōiuʒ & ſūt malua & biſmalua uiole mercurial̄ ſicle & ſi nō hēs biſmaluam pones urſinā.an.M.ʒ.agarici electi.ʒ.iij. fur furis tritici bñ maciāti.ʒ.ʒ.añ maratri carui an.ʒ.ij.fiat decoctio in qua diſſoluat̄ caſſiefi. bñ pinguis.ʒ.ʒ.yerepigre gal̄i.uel bñdicte ſe cundum q̄d uolueris eūare uł ellectuariꝫ ſu ci roxar. de q̄libet iſtor.ʒ.ß.uel.ʒ.v.uł.ʒ.uł de oibus.an.ʒ.ij.olei uiol.ʒ.ij.melł.ʒ.ß. ſalis cois.ʒ.i.ʒ.uel loco ei⁹ ſaliſgēme.ʒ.i.fiat diſte re. Et caueas ubicūq; pones ſal facias ip̄ʒ pō derari quia q̄to magis ponit̄ de ſale tāto ma gis mordicat. Itē ſal rōne cuiuſdaʒ adhuſtio nis quā hēt in ſe corrugat q̄re inteſtina poſt ſtipticātur pluſq̄ deberēt.& iō delicatis & in habētibus membra itrinſeca ſenſibilia pono minus. Nota q̄d i cliſteribus ubi ē debilitas inteſtinorū pōt poni mīte ſice abſinthii.an.ʒ.ʒ uel.ʒ.ij. Itē potes facere cliſtere cōſtrictiuum cū cōſtrictiuis frigidis ſtipticis ſuperius poſi tis & in talib⁹ nō ponas caſiefiſtule necalias laxatiuas nec ſal & ſi pones illa ollera pone i pauca q̄titate & ſunt ollera cōſtrictiua. Et ca ueas q̄d cliſteria in nimia q̄titate nō dētur ne graues inteſtina. Itē potes facere cliſtere cōfor tatiuū cū brodiis cōfortatiuis ut caponis uel ꝑdicis aliqualiter p̄ decoctionem inſpiſſatis in quib⁹ nihil ponas de ſale & hec faciēdo ta lia brodia nec ponas de oleo nec de alio laxa tiuo. Et detur in pua q̄titate. Caueas tibi ꝙ cliſteria adminiſtrētur tm̄ repida ita q̄d non ſint actu calida nec frigida. Itē caueas ꝙ non des q̄titatē niſi ſecūdū q̄d cōpetit. Itē cliſtere cōſtrictiuū pōt fieri hoc mō.℞ radicū camele unte coctanor. piror. immaturor. prunorum caricar. ſorbarum neſpilor. omniū foriter cō quaſſator. an.ʒ.ʒ.uel quar.ß.mēte ſice uel abſinthii.an ʒ.ij.acatie ypoquiſtidos.an.ʒ.ʒ. aque ciſterne aque roſar. facte de ſtiptibus roxar. an.quar.ʒ.ß. fiat decoctio in qua di ſoluat̄ coagulū leporis uel edi.ʒ.iij.ſepi yrci ni uel mōtoni de renibus.ʒ.ij.ſirupi de ribeſ .ʒ.ij.ß.ſan.dra.bolarmeni ſubtiliter pulue rizator. an.ʒ.ii.oliꝫ maſticis.ʒ.ʒ.fiat cliſtere ad.℔.ß. Item nota circa illud ca^m quod iu lep ſic fit ex aqua & zucharo quod eſt duplex quia aliud eſt pue cōmiſtiōiſ & eſt ubi poni tur una ps zuchari & 8^a aque. ¶ Aliud eſt mł te cōmiſtiōis & eſt ubi ponit̄ tm̄ de zucharo q̄tū de aqua .ubi nota quod iulep pōt eſſe di geſtiuū & alteratiuū & cōſtrictiuū & laxati uū & h^o accipiēdo aliq̄s apropatas et admi ſceāt̄ ēt eis alique medicine ualētes ad h^o cū zucharo ut dictum eſt et coquāt̄ & clarificen tur ut debet & tūc ponatur. ¶ Iulep cōpoſitū de quo fiet mētio in propriis capitulis ꝑticu larib⁹ de cura febriū.

¶ Item nota quod eodēmō pōt fieri ydromel ex aqua & mele ſo^m & illud uocat̄ ydromel

ſimplex. Item oximel ut ℞. aq̃e. ℔. ij. mel ℔. j. aceti. ℔. ß. ponat ad igne & diſpumet & clarificet. Sup eodem ca° quia multi dubitãt recipe cliſtere tu potes naturã tẽtare cum ſuppoſitoriis quoꝝ q̃daz ſunt ſimplicia & debilia ut que fiũt ex melle & ſale. ut ℞ mellis ℥ i. buliat uſq; ad p̃fectã bulitionẽ. & adꝺ ſalis ſubtiliter pulueriz̃ati. ʒ. ij. & informent ſuppoſitoria. Nota qꝺ in delicatis hũtibus inteſtina ſenſibilia ſufficit iiectio bõbicis intincti in melle crudo. Aliud põt fieri de lardo duro. aliud põt fieri de candella facta de ſepo mõtonino addendo paꝝ ſal in añriori p̃te que ifundat in oleo cõi. deinde miniſtret. Aliud fit de ſtipite cauł rub. uel ſicle tincte in chiſtifeł mõtonis. Item in pueris medula nucis intincta in melle. Itẽ fiũt alia ſuppoſitoria fortiora que ſunt ℞ ſalis triti & pone i pelle aſſungie porcine in modũ ſuppoſitorij & imitte uł ℞ mellis & ſalis ut p̃us dictũ eſt. & adde eſule. ʒ. j. uel ſtercoris muris puluerizati. ʒ. ß. uel dyagredij. ℈ j. uel colloqntide. ʒ. ß. & inunge i capite ſuppoſitorij cũ oło & ſupponat. aliud fit de ſapone duro. aliud fit de ſalgẽma. aliud eſt ſuppoſitoriũ attractiuũ ut. ℞. melis yere pigre galieni. an. ℥. ß. & loco pigre galieni potes ponere bñdictam ſalis cõis. ʒ. ij. ſtercoris muris. ʒ. i j. colloqntide. ʒ. j. fiãt ſuppoſitoria. & cũ filo ligent. ut cũ intus ſufficienter ſteterint poſſint extrahi. Itẽ caue qꝺ nõ admiſtres ſuppoſitoriũ niſi p̃us fuerit tinctũ cũ oleo.

Item ſup eodẽ ca° põt uẽter laxari cuz admſtratiõe i itroitu m̃ſe ut ſi deꝛ fic? ſicce et albe ſunt meliores aliis q̃a ſi duo uł tres ipleãtur medulla cartami meli? laxãt & ſpãt flegma & illud multũ i hñtibus ſtomachũ & pectus plenum flegmate.

Itẽ ualet. z° eſus racemoꝝ i introitu mẽſe ꝙ ſi racemi ſunt ſicc nõ tm̃ nocẽt ſicut ſi ſunt recẽtes & ſi ſteterinit dieb? trib? uł q̃ttuor ſũt meliores. Itẽ ʒ° ualẽt pruna damaſcena recentia uł ſicca numero. x. ꝙ ſi ſicca ſint madefiant in aqua tepida prius per unam horam. Item 4° ad hoc ualent iuiube & ſebeſten. Item ad hoc ualẽt cereſa acra in introitu mẽſe in hñtibus ſtomacũ flegmaticũ ſiue ſint recẽtes ſiue ſicce & ſicce debent pari per horaz in aqua tepida.

Itẽ 6°. ualet ad hoc bucella panis furfurei cõtinuata i itroitu m̃ſe. Itẽ 7° ualz ad h° dieta alexãdrina de qua facit mẽtiõez. G. z° affo. cõ mẽto illi? affo. quibuſcũz iuuenib? & cõiter cõcediꝫ in quadrageſſia i qua ſalſa comeduntur in itroitu mẽſe uł acuta in aceto forti ut eſſet naſturtiũ aquaticũ uł domeſticũ uel porri cũ melle cõditi q̃ dieta duo facit. p° incitat apetit ũ. z° laxat uentrẽ & iõ carnes ſalſe cõiter uel piſces in p̃n° mẽſe comedi debẽt & ſitia. Itez eſus ſpinachioꝝ atriplicis petroſſili herbe molarie mercurialis malue oia iſta ualẽt uł q̃ daz eaꝝ cõdita cũ lacte amigdalaꝝ dulciũ in febricitãtib? & nõ febricitãtib? cũ carnibus porcinis & ſpãt cũ pinguedie uẽtris ꝙ ſi forti? uis laxare adde pulueris ſene bñ pulueriz̃ate. ʒ. j. Itẽ caueas ꝙ ſi ibi hũores fuerint ſal ſi uł colerici nõ des ficez uel blites uel carnes nec piſces ſalſos.

Itẽ ualet ad hoc comedeꝛ panẽ furferũ.

Item põt uẽter laxari cũ potib? & p° cũ brodio puli ut galli ãtiq & ſpecialiter in colerica ut ℞ gallũ antiquũ. ℨ. uel. z° ãnoꝝ uel antiquiorẽ ſi inuenire poteris hñtez pedes croceos & fac decoq & qñ erit p̃t q̃ ſemicoctus extrahe cũ brodio & pone in eius uẽtre polipodij quercinij nõ ãtiq ſed recentis cõquaſſati quar. ß. uel. ʒ. i. ß. q̃dam dicũt quod dz poni añ. ʒ. ß. & fac ip̃z itez decoq In eodẽ brodio uſq; quo ſit p̃fecte coctus & da ſtomacho uacuo. ʒ. v. uel. vj. & potes etiam dare brodiuz uace uel bouis & ſpãliter in arenulis renum nõ tm̃ ſit nimis pinguis iſta. n. laxãt ſui uiſcoſitate & nõ ſint nimis cocte iſte carnes. Item ualet ad hoc potus expreſſus p? paruã de coctionẽ mercurialis & ſic fit ℞ mercurialis. M. j. buliat paꝝ in pua q̃ tirate aque & poſt q̃ bulierit ponat in paraſide & ibidẽ fortiter cũ cocleari uł cũ alio exprimat & ꝙ ibidẽ manat potu deꝛ. Item 4° ualz ad illud. ʒ. j. caſ ſiefiſtule mõde bene pinguis diſolute a brodio pulli uel brodio ciceꝝ rubeoꝝ paꝝ bulliroꝝ uel lẽtiũ uel cũ brodio auricule porcine uel bouis aut uacine ſine ſale ꝙ ſi fortius uis laxare infonde in iſtã colaturã ſene mõdate a ſtipitib? & bene puluerizate ʒ. i.

Itẽ ſi uis fortius turbit bñ gumoſi purgati interius & exterius. ʒ. i. ue. ʒ. i. ß. ʒʒ. ℈. i. Item aliqui ribaldi diſolunt radices yreos uel folia uel grana cataputie uel diagrediũ uel eſulã & miniſtrãt in potu & male quia ſine digõe mẽꝝ. Itẽ nota ꝙ tu potes miniſtrare medicinã in forma liqda & in ſolida & ſolida dupliciter quia potes adminiſtrare in forma electuarii & in forma pilłaꝝ. medicina data in liquida debet miniſtrari ſi materia ſit cõcẽta in ſtomaco uel in uiis propinquis ſtomaco & ita debet dari in aurora. In pilłis debet dari ſi ſit i ptib? remotis & ſpecialiter i capite uł tibiis & brachiis & debet dari in p̃n° noctis

Item in forma ellectuarii debet dari ſi materia fuerit in ptibus mediis ut in renib? & dz miſtrari i medio noctis. Aduerteñ quod nullã mediciaz cõcedas materia exiſtẽte apoſa in par

tribus pectoralib⁹ ſʒ'opare cū unguētis ad hᵒ apropriatis & flobothomiis. ¶ Nota quod anteq̄ des medicinam ꝯte ſcire utrum paci ēs hēat ſomnū ꝓfundū uel nō. Q d̄ ſi habue rit ſomnū ꝓfundū. oʒ qd̄ excitet̄ ꝓpus & qd̄ n̄ dormierit p unā horā uł dormiat ſuū ſomnū magᵐ anteq̄ ſumat medicinā. Itē ʒ in liquida ſubſtātia pōt medicīa dari i forᵃ dareti. Q d̄ ſic fit. ℞ pulueris dareti ſupius potati. ʒ.ij. folioꝝ ſene mūde a ſtipitib⁹ & ſemibus. ʒ.j. turbit gumoſi iterius & exterius purgati. ʒ. .ij. ʒʒ. ʒ.ij. diagredij uel ſcamonee. ʒ.ß. ſi uis colerā eūare ſi flegᵃ eſſule. ʒ.ß. polipodij q̄rcini fortiter cōq̄ſſati thimi epithi. an. ʒ.ij ſpice nardi. ʒ.ij. puluerizent̄ puluerizāda & conq̄ſſ ſanda cōquaſſent̄ & pōant̄ in maīca & addi to ʒuchari quar. ß. uł quar. j. uini electi cōpe tētis quātitatis fiat claretū ꝙ ſi uis ꝓuocati uuʒ magis eſſe urine adde crete marie tribu li marini. an. ʒ. ß. ſemis milij ſolis. ʒ.ij. aā. ʒ.j. & reſeruet̄ uſui. dare potes de iſto clareto p uū cubelluʒ unū de mane ꝙ ſi laxat ſuffic̄ da re dieb⁹ alternatis & ſi nō ſufficit laxare mi ſce maiorē q̄titatē ꝙ ſi nimis laxat minue q̄ti tatē & dēt ducere puᵒ cubellᵒ iſtiᵒ clareti in mediocri hitudine laxitatis q̄ter l' ḡnges. & no ta ꝙ pᵒ admiſtratiōeʒ iſtiᵒ clareti nō eſt dor miendū. Rō qa iſta ſunt ſatis calida & facilis actuatiōis & forte trāſiret in nutrimētuʒ.

¶ Itē zᵒ pōt laxare cū admiſtratiōe collature in liq̄da ſubſtātia & alia zᵐ mōʒ apoʒimatum. Q d̄ ſi purgare itēdis flegᵃ ut i q̄tidiana. ℞. corrigiole fumiterre. an. ʒ.j. polipodij q̄rcini fortiter cōquaſſati ſuci ſcabioxe ſuci lapacij acuti facta reſidētia. an. ʒ. ß. quod ſi ſucos nō hēs ſume aque aā. ʒ.ij. agarici albi electi. ʒ. ij. fiat decoctioⁿ i qua diſſoluat̄ caſſiafiſt. pin guis bene mūde. ʒ. ß. turbit gumoſi iteriᵒ & exterius purgati. ʒ. ß. ʒʒ. albi. ʒ. ß. & fiat po tus qui det̄ tepidus in aurora. Iſta colatura i mediocri habi tudine laxitatis ſuffic̄ ducere .ß. uel. 6. uicibus. & ſi uis qd̄ fortius opetur diſſolue dyacartamū uel diacalamentū uł be nedicte ꝓbate. ʒ.ij. Itē pōe in decoctione radi cum yreos cōquaſſati. ʒ. ß. qd̄ ſi uis opillatio nes fortiᵒ reōuere. adde ariſtologie rotūde. ʒ .ß. Item ſi uis cū pauciorib⁹ opari. ℞. agari ci. ʒ.ij. aā. ʒ.j. ß. & fricet̄ & collādo exprima tur & in collatura diſſoluat̄ dyacartami. ʒ.ij uel. ij. & fiat potus. Item ſi purgare irendis colerā ut i tercianis. ℞ floꝝ boragis uiolaruʒ nenufar. & buglox. an. ʒ.ij. prunoꝝ damaſce noꝝ pinguiū iuiubaꝝ ſebeſten. an. numero. x. aque endie uel ſuci eiᵒ facta reſidentia uel la ctuce uel capilliue. ʒ.j ß. ſeminuʒ melonum. ʒ. ij. fiat decoctio in qua diſſoluat̄ caſſiafiſtula ʒ.i. electuarii ſuci roſarum. ʒ. ij. fiat potus tepidᵒ qui det̄ in aurora & ſi nō uitet amara loco eiᵒ det̄ Reubaꝝ loco electuarij d̄ ſuco roxaꝝ ꝓ noctē tēpati in aqua ēdiuie. ʒ.j ſpice nardi. ʒ. ß. uel. ℈. j. Itē ſi itendis purgare hūo rē melācolicū. ℞. floꝝ uiolaꝝ boraginis uel buguloxe anthos. an. ʒ. ß. polipodii quercini fortiter cōquaſſati ariſtologie rotūde. an. ʒ. ij aā. ʒ. i. folioꝝ ſene a ſtipitib⁹ mūdate & ſe mine. ʒ. i. thimi epithimi. an. ʒ. i. ß. fiat deco ctio in qua diſoluat̄ caſſiefiſt. ʒ. ß. tamarin doꝝ pinguiuʒ māne granate. an. ʒ. ij fiat po tus Quod ſi fortiᵒ uis laxare adde lapidis e matitis uel lapidis lazuli ſubtiliter pulue rizati plus & poſt trigeſies abluti. ℈. j. Itē no ta quod in iſtis colaturiſ paꝝ utor mirabola nis quia pauci inueniūt̄ boni uñ omnis coꝝ uirtus uetuſtate ē cōſumpta. Item ēt ex cā quā aſſignat Auic. caᵒ de cura putridaꝝ. fe. in uniuerſali circa finem capti in ꝑte illa mira bolanoꝝ uero quia poſt laxatiōem hñt cōſtri gere bene in cāu in quo uellemus eūare colam exīstem in ſtomaco poſſumꝰ tutius uti & hec ſi inteſtina & ſtomachus eſſent debilia rōe male cōplexiōis uel cōpōis inſpecta ut in melācolia īdis & flemate chebulis. coiter bele ricis nō utimur Itē eo cāu quo comuniter u teremur qm̄ ſubſtātia eoꝝ eſt nimis ſtiptica oʒ quod uirtutē ab eis tm̄ extraham⁹ & fiat cū balneo quod ſeq̄t. ℞. cortic̄ mirabolanoꝝ q̄bus uti uis in q̄titate que tibi uidet̄ quod ſi mirabolāi ſint ātiqui accipe maiorem quāti tatē & cōterre fortiter & poſt tritos i aqua tepida infunde p unā horam quouſq; uideas gumoſſitatē ſupnatare & cū uideris pone in iſto fruſtrū filtri albi factū in mōʒ lingue ca put ſit ſtrictū extra & caput amplū intus de ind̄ per filtrum aqua manabit & ſic reānet unctuoſitas mirabolanoꝝ & ſic facere cōſue uerūt alchimiſte aquas ſuas ſubtiles. Itē .zᵒ ſi uis potes habere uirtutē mirabolanoꝝ faci liter ita qd̄ colligas unctuoſitatē ſupnatātez quā miſſe cū colatura. Itē .ʒᵒ hēri poteſt & melius cōterre cortices & pone in aqua ad lē tū ignē poſtea qm̄ iceperit feruere depone & colla & collaturaʒ miniſtra. uel. ℞. cortices & infunde .in decoctiōe & ſtēt p noctē & in cra ſtinū collētur fortiter & collatura adminiſtra tur. Et quod dico de mirabolanis intelligo d̄ turbit. Item de agarico & coloquintida & aliis laxatiuis quorum uirtutē uis tm̄ habe re. Itē ſcias quod in iſtis medicinis ſeu colatu ris nō pono ſcamoneā nec alias medicinas for titer eridicatiuas qa multū naturā moleſtāt quia ſoᵐ. Auic. uult qd̄ materia minoret̄ in ꝑnᵒ. nō iubeo uti ſed in curis ꝑticularib⁹ do

